




INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY



DEMOSTHENIS

PHILIPPICAE

EDIDIT

CAROLUS AUGUSTUS RUEDIGER.

PARS PRIOR.

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA

G. REIMER.

A. MDCCCXXIX.

DEMOSTHENIS

PHILIPPICA PRIMA

OLYNTHIACAE TRES

ET

DE PACE.

TEXTUM AD J. BEKKERI EDITIONES RECOGNOVIT, SELECTAS ALIORUM SUASQUE NOTAS SUBIECIT, COMMENTARIUM HISTORICUM SCRIPSIT, VARIETATEM LECTIONIS EX ALIQUOT CODICIBUS ENOTATAM ET INDICES ADIECIT

CAROLUS AUGUSTUS RUEDIGER

PHIL. DR. GYMNASII FRIBERG. RECTOR.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR.

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA

G. REIMER.

A. MDCCCXXIX.

PRAEFATIO

EDITIONI ALTERI.

Ante hos fere decem annos easdem Demosthenis orationes, quas nunc, eo edidi consilio, ut addita verborum et rerum explicatione qualicunque aditum ad Oratoris summi lectionem iuvenibus munirem eorumque studiis inservirem. Quanquam probe intellexi, in quot locis vel a vero aberraverim vel minus subtiliter disputaverim, tamen mea cura non omni fructu caruisse videtur; contigit adeo, ut Viri quidam eximii libellum suis animadversionibus non indignum censerent, quas quidem in hac altera editione, de qua dicturus sum, in usum meum converti.

Etenim constabit ea duabus partibus, quarum prior has continet orationes: *Philippicam* I, *Olynthiacas* III ex ordine Dionysiaco, quem in Prolegomenis defendi, et *de Pace;* altera com-

plectetur *Philippicam* II, *de Chersoneso*, et *Philippicam* III. Textum graecum magis etiam quam olim ad editiones IMMAN. BEKKERI constitui et maxime ad codicem Σ *), quanquam, ut recte vidit Engelhardtus in nott. critt. p. 4. hic liber suis laborat vitiis, et, ni fallor, interdum manum sapit emendatricem (exemplo sit de Pac. c. VII, §. 1. ubi pro *δείξειν* habet *δεῖ ποιεῖν*), ut saepe anceps haereas, utrum codicis huius auctoritate ad lectionem aliquam recipiendam te adduci patiaris, praesertim quum ipse Bekkerus aliquot lectiones in edit. min. ai 1816 receptas in ed. maj. ai 1824 improbaverit, in ed. min. ai 1825 iterum receperit **). Meum igitur fuit, ratione singulorum locorum sedulo pervestigata, quae lectio et codicum auctoritate et ipso nexu firmata videatur, exquirere; sin minus, eam certe uncis, quamvis rarissime, inclusi. In qua re erunt, qui me inconstantiae cuiusdam arguant; sed singula quaeque sub examen vocare quam bona fide recipere malui. In interpunctione, quam

*) Animadverti codicem Σ apud Bekkerum eundem esse, quem Augerus *K* appellat et ad saec. XII. refert, *r* apud Bekk. ab Augero dici L, saeculi XIII, *u* apud Bekk. ab Aug. Rr, saec. XV, *v* apud Bekk. ab Aug. Ss, saec. XIII.

**) Has editiones ita in annotatione distinxi, ut per *olim* significarem ed. 1816, per *nuper* ed. 1824, per *nuperrime* ed. 1825.

dicunt, mediam inii viam: cumulo virgularum deleto, eas retinui, quibus opus videbatur. Bekkerus iusto parcior fuit. Vid. Poppo ad Thucyd. II, 1, 148. et Voemelii Praefat. ad Dem. Orr. V. p. XV.

Praesidia, quibus ipse hac in re usus sum, haec fuerunt. Primum dico duorum codicum lectiones, quas in margine editionis Parisinae descriptas FRIDERICVS THIERSCHIVS prae eximia sua liberalitate iam olim mecum communicaverat; nominavi α et β, quorum illum cum codice Σ plerumque consentire vidi. Deinde eodem THIERSCHIO, quae est eius humanitas, interveniente, Vir doctissimus, *Carolus Schaeferus* quinque codices, qui nunc Monachii asservantur, meo nomine contulit, et quidem Olynthiacas tres; dixi primum γ (est idem quem Reiskius nuncupavit Bavaricum), secundum δ (apud Reisk. Augustan. tertius), tertium ε (ap. Reisk. August. secundus), quartum ζ (apud Reisk. Aug. primi supplem.), quintum η, qui est codex P. Victorii. Ipse denique contuli duo codices, alterum *Dresdensem* *), quem Curator

*) Codex *Dresdensis* (D. 94. in bibl. Reg. vid. Eberti hist. bibl. Reg.) continet eas orationes, quae in Reisk. ed. T. I, p. I — 220. leguntur eodemque ordine. *Gothanus* comprehendit Gorgiae encomium Helenae, Aeschinis orationes in Ctesiph. et Timarch. Liban. vit. Demosthenis, Dem. Olynth. I. II. III.

Jll. bibl. Reg. utendum mihi concessit, alterum *Gothanum*, quem FRIDERICI JACOBSII singulari humanitate accepi. Neutrum magnae auctoritatis esse dixerim, sed Dresdensis praestat Gothano. Animadvertere licuit, plerosque horum codicum hiatum admisisse. Denique rationem capitum et paragraphorum, olim adhibitam, retinui, ita tamen, ut intervalla capitum contraherem et signa ad marginem scriberem pagina editionis Reiskianae apposita.

Textui ita recensito subieci annotationes, quibus et lectionum a me receptarum rationem redderem vel diversitates notabiles adiicerem, et loca intellectu difficiliora vel aliorum vel meis explanarem verbis, usus hanc in rem tum ULPIANI commentariis, tum notis H. WOLFII, RESKII, BREMII (Obss. in Dem. Phil.) et GOD. HENR. SCHAEFERI. Et *huius* quidem castigationibus ut plurimum me debere fateor, ita, si ei de H. Wolfio contentim loqui visus sum, et huius et Reiskii, virorum de Demosthene immortaliter meritorum memoriam tunc recolui et nunc recolo. Multa, quae in ed. pr. annotaveram, in hac vel omissa vel

Phil. I. de Pace, de Classib. et Phalaridis epistolas. — Uterque codex saeculi XV. esse videtur.

in brevius contracta vel emendata videbis, et novas explicationes hic illic propositas; quae omnia ne quis arrogantius dicta putet.

Quantum ad Oratoris mentem recte percipiendam cognitio illorum temporum, morum et rerum gestarum faciat, quis est, qui ignoret? Editoris igitur est, ut aetatem illam spissis saepe tenebris obductam illustret: id pro virium modulo feci historicos cum oratoribus graecis conferendo; neque minus consului LVCCHESINIVM, TOVRRELLVM, MOVNTENEIVM, REISKIVM, JACOBSIVM, BOECKHIVM, A. G. BECKERVM, B. G. WEISKIVM, VOEMELIVM et hunc quidem in Proluss. scholasticis. Suis autem hoc studium laborat difficultatibus, quas oratorum vel iactantia vel contentio magnam partem creavit: ita neutiquam omnia satis dilucide exponi poterunt. Sed ne omnia haec miscerentur, rem ita institui, ut de lectionibus et locutionibus — utraque enim disputatio me iudice coniungenda est — in notis dissererem, explicationes vero ex historia petendas seorsim in Commentario traderem: ita neque illis suum locum ademtum, neque has in angustum redactas esse spero.

Denique addidi *Varietatem Lectionis* ex aliquot codicibus, quos iam nominavi α. β γ. δ. ε. ζ.

Goth. et Dresd. enotatam. At quum Reiskius quatuor postremos, praeter Goth. et Dresd. iam communicasset, eadem repetere nolui, sed quae ab illo praetermissa videbam, notavi. Diversitatem codicis η, qui est Victorii, plane omisi, quippe quam a Voemelio nuperrime accurate descriptam intellexissem. Namque totus hic liber iam typis expressus erat, ipse in Varietate Lect. enucleanda versabar, quum editiones Bremii et Voemelii egregias, quas infra nominabo, ad me deferrentur; nihil prius egi, quam ut eas statim cum mea conferrem et quae ex iis vel emendanda vel notanda essent, pro exiguo temporis spatio in *Addendis* monerem. Ex qua comparatione etsi, quantum duumviris et acumine et doctrina cederem, bene perspexi, tamen meam operam oratori nostro lubentissime impensam aliquem certe fructum iis, qui ea uti voluerint, laturam spero. Faxit Deus, ut iuvenes litterarum bonarum studiosi e lectione harum orationum eam, quam volui, percipiant utilitatem.

Fribergae m. Febr. MDCCCXXIX.

EXPLICATIO NOTARUM,

QUIBUS LIBRI ET SCRIPTI ET EDITI IN HAC EDITIONE SIGNANTUR. ACCEDUNT SCRIPTA MINORA DE PHILIPPICIS.

A. LIBRI SCRIPTI.

PAR. 1. 2. etc. *Parisinae* Bibliothecae Codices, quorum lectiones in margine ed. Lutet. leguntur. Taylor apud Reisk. App. crit. II. p. 1194.

AUG. 1. 2. 3. *Augustani* Codices, quorum primo Reisk. magnam tribuit auctoritatem. T. I. p. LX. sq.

BAV. *Bavaricus*, qui refertus est varietate lectionum super versus et in marginibus scripta; primus eum contulit Reisk. T. I. p. LXX.

MEERM. *Meermannianus*, cuius copiam Reiskio Gerardus Meermannus e bibliotheca sua fecerat. Reisk. T. I. p. LXXII.

WEIMAR. *Weimaranus*. Lectiones variae a duobus diversis adscriptae in exemplo Aldino, quod in bibliothecam Vimariensem illatum fuit. Reisk. T. I. p. LXXIII.

OBSOP. *Codex Obsopoei*. Vincent. Obsopoeus e Codice Pannonico lectiones diversas attulit in suis Castigationibus. Reisk. T. I. p. XXX.

HARL. *Harlejanus*, in bibl. Edu. Comitis Oxoniensis, orationes publicas continens. Taylor apud Reisk. App. Crit. II. p. 1197.

APP. FRANCF. *Appendix Francofurtana* est accessio quaedam varr. lectt. in ed. Francf. 1604. Reisk. T. I. p. XXXXII.

ALD. TAYL. *Aldina Taylori*, i. e. Lectt. Varr. in margine Ald. e cod. Veneto bibl. S. Marci petitae. Reisk. Praef. ad sua Demosthenica T. II. p. 12.

GONVILL. Argumenta orationum cum cod. *Gonvillano* contulerat Taylorus.

LOCKER. Codex *Lockeri*, Londinensis, bonae frugis plenus. Tayl. apud Reisk. App. Crit. II. p. 1197.

VOSS. *Vossianus*. Tayl. apud Reisk. T. II. p. 1197.

HARRIS. Codex *Jacobi Harris Sarisberiensis*. Tayl. apud Reisk. II. p. 1197.

PITHOE. *liber Pithoeanus*.

BODL. Lectiones in margine Codicis Oratt. Dem. Venet. 1504., qui in *Bodleiana* bibliotheca asservatur; has ego in edit. *Wolf.* (1604) adscriptas inveni: plerumque conspirant cum Ald. Tayl.

DRESD. Cod. *Dresdensis*.

GOTH. Codex *Gothanus*. De utroque exposui in Prafat.

Σ F Ω Y v ν. Codices ab *J. Bekkero* collati. vid. eius edit. maj. P. I. p. 3 et 4.

α et *β*. Lectiones e duobus codd. Paris. in marg. ed. Lut. enotatae. Vid. Praef.

γ. δ. ε. ζ. η. Codices Monacenses. Vid. Praef.

Codices, qui litteris maiusculis (M. N. L. etc.) apud A. signati sunt, contulit *Augerus*, et lectt. var. in ed. sua dedit.

B. LIBRI EDITI.

ALD. Aldina, Venet. 1504. fol., eaque duplex, quam, singulari Curatoris Bibl. Reg. Dresd. benevolentia concessam, ipse contuli: priori posterior praestare videtur. Reisk. T. I. p. IV—XI. et LXXXV. In vita Dem. a Libanio conscripta differunt versuum et foliorum initia. In ipso Dem. p. 1—16. utraque Ald. omnino consentit, sed a. p. 17. differunt foliorum initia et fines. Vid. *Eberti* Lexic. bibliograph. T. I. p. 461.

Ex Ald. poster. expressa est haec editio:

Demosthenis Orr. per *J. Hervagium.* Basil. 1532. fol.

Felic. ed *Bern. Feliciani*, Venet. 1543. Vol. III. 8. Reisk. T. I. p. LXXXIX. Huius vestigia vide in Demosth. Orr. per *Jo. Hervagium.* Basil. 1547. II. 8.

P. Man. ed. *Pauli Manutii*, Venet. 1554. Vol. III. 8. Omnia hausta ex Feliciani edit.

Lut. ed. *Parisina* 1570. fol., quam *Gu. Morellus* 1558. inchoaverat et *Benenatus* per *Lambinum* absolvi iussit. Est editio in priore parte limatissima: nos eam *Vulgatam* dicimus.

W. ed. *Hier. Wolfii*, quae et Aeschinem complectitur. Bas. 1549. 1572. Francf. 1604. Col. Allobr. 1607. fol. Editio praeclarissima.

Lucches. ed. *Vincent. Lucchesinii*, quae Oratt. XII de Republ. continet. Rom. 1712. 4. Commendatur haec ed. quam maxime a *notis historicis*, quae pro more illius aetatis latius patent. Cum hac ed. conferas: Demosth. Orr. de Rep. XII cum *Wolf.* interpret. denuo castigata et notis historicis *Lucchesinii* ed. *Guilielm. Allen*, A. M. Lond. 1755. Vol. II. 8. Editionem satis raram, quantum scio; accepi ex Bibl. Reg. Dresd.

Mount. Demosthenis Select. Orr. (Phil. I. Olynthiacae III.) rec. Scholiasten et Versionem castigavit, notis insuper illustravit *Ricard. Mounteney.* ed. 3. Eton. 1755. 8. Sequitur ed. Lutet. ai 1570. Orationes sunt in sua capita digestae et notae ex *Tourrello* et *Wolfio* maximam partem haustae. — Utrique huic editioni Tabula antiquae Graeciae est addita, in illa melior.

R. ed. *J. J. Reiskii*, Lips. 1770 sq. Vol. XII. 8. quae Oratores Graecos praeter Isocratem continet et Apparatum Criticum ad Demosthenem locupletissimum.

Demosthenis Orationes e rec. J. J. Reiskii ed. *Godofr. Henr. Schaefer.* Lond. 1822—25. T. I—III.

Apparatus criticus et exegeticus ad Domosthenem, Obsopoei, H. Wolfii, Taylori et Reiskii annotationes

tenens. Commodum in ordinem digestum aliorumque et suis annotationibus auctum edidit *G. H. Schaefer.* Lond. 1824—27. T. I—V.

Oratores Attici. Ex rec. *J. Bekkeri.* T. IV et V. Demosthenes. Berol. 1824. Hanc editionem plerumque sequitur: Demosthenis Orr. ed. *Guil. Dindorfius.* Lips. 1825. Vol. I—III.

A. ed. *Ath. Augeri,* Paris. 1790. 4. quae, splendidissime excusa, Tomo I. universas, quae ad Philippum pertinent, conciones continet. Paucissima hic editor explicuit, neque critico eius ratio probabitur.

B. Demosthenis Philippicae. Ad Codd. cum a Reiskio et Augerio tum a se collatos recogn. *Imman. Bekkerus.* Apposita est lectio Reisk. Berol. 1816. 8. Iterum edid. 1825.

Beck. Demosthenis Oratio de Pace. Accedunt Notae, Scholia et Andreae Dounaei Praelectiones. Curavit *Christ. Dan. Beckius.* Lips. 1799. 8. — Eandem orationem *Fr. Jacobs* in Chrestomathia, cui est titulus: Attica p. 293—308 explicuit; etiam partem orationis Olynth. I. (vulg. III.) ibid. p. 315—322.

Accesserunt nuperrime:

Demosthenis Oratt. selectae comment. in usum schol. instructae ab *I. H. Bremi* Sect. I. Goth. 1829. Continet haec ed. oratt. in Aphobum, in Onetorem, Phil. I. Olynth. I—III. (ex ordine Dion.) Phil. II. d. Chers. et Phil. III.

Demosth. Philippicae oratt. V ex rec. Bekk. ed. Proleg. et annotatione perpet. illustravit *I. Th. Voemel.* Francf. 1829. Continet Olynth. I—III. (ex ord. vulg.) Phil. I. et de Pace.

Adde:

Demosthenes Staatsreden. Uebersetzt u. mit erläuternden Anmerkungen versehen von *Fr. Iacobs.* Leipz. 1805.

Des Demosthenes Philippische Reden. Uebersetzt, erläutert und mit einigen Abhandlungen begleitet von

A. G. Becker. I. Th. Halle 1824. II. Th. 1826. — De utraque vers. vid. Seebode bibl. crit. 1827. Nr. 40. In altera parte Becker accurate de editoribus, intérpretibus domesticis et peregrinis p. 547 — 574. egit.

C. SCRIPTA MINORA.

De orationum Olynthiarum ordine scripsit *R. Rauchenstein.* Accedit Fascic. Observatt. phill. et critt. in Dem. Phil. auctore *I. H. Bremio.* Lips. 1821. 8. Priorem libelli partem repetitam vides in Schaeferi App. crit. T. I. p. 150 — 173. et in Bremii editione Sect. I. init. Alteram partem spectavi in mea annotatione provocans ad Bremium.

Animadversiones ad loca quaedam Demosthenis scripsit *Th. S. Forbiger.* Lips. 1822. 4.

Prolegom. in Dem. orr. de republ. scrips. *F. Goeller.* Colon. 1822. 4.

Annotationum in Dem. Phil. I. Specimen scr. *C. G. Krüger.* Bernb. 1826. 8. Seebod. crit. bibl. N. 73. a. 1828.

Annotationes criticae in Dem. Oratt. Olynth. Philipp. de Pac. de rebus Chers. de Symm. de Rhod. lib. pro Megap. scr. *F. G. Engelhardt.* Berol. 1828. 4. Cfr. Bremi in Jahn's Jahrb. f. Phil. u. Paed. IX, 2. p. 168 sqq.

INDEX.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΠΡΟΣ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΜΟΝΤΙΟΝ
ΑΞΙΩΣΑΝΤΑ ΑΥΤΟΝ ΓΡΑΨΑΙ ΟΙ ΤΟΝ ΤΕ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΒΙΟΝ ΚΑΙ ΤΑΣ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ.

Pag. Reisk.

1 Ἐπειδή, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὤν, πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ' ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνῄρησαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς, ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερ- I. 1

Libanius, Antiochiae 314. p. Ch. natus, celeber suae aetatis rhetor, Constantinopoli et in Nicomedia artem dicendi professus, Proconsuli Montio roganti, ut vitam Demosthenis et argumenta orationum eiusdem conscriberet, non defuit. Pro antiquo more, quo editores orationibus Demosthenis illa scripta etiamnum praefigunt, eadem nostra quoque editio continet, animadvertimus vero, dicendi genus in Libanio perspicuum quidem, sed non elegans esse: saepe enim et verba et structuras, minus usitatas, adhibet. Quare in eius textu recensendo hanc legem nobis scripsimus, ut si qua lectio, Codicum, et maxime Bavar. et Aug. auctoritate emendari posset, hanc aeque ac Im. Bekkeri recensionem sequeremur. Vita Dem. a Libanio scripta *μνημονεύματα* continet, hinc saepe dicit, *μνημονευτέον*. De aliis vit. Dem. Scriptoribus vid. commentar. histor.

§. 1. *Asteropaeus*, utraque manu exercitatus, (cf. Hom. Il. XXI, 163.) in proverbii locum abierat. vid. Athenae. I, 1. C. Eust. ad Hom. l. l. explicat *περιδέξιος* per *ἀμφιδέξιος*, unde fortasse hoc in marg. Lut. fluxit. — *τὰ εἰς λόγους*, *quae pertinent ad litterarum studia*; de usu praepos. εἰς est Herodot. V, 49. Xen. Cyr. VI, 4, 5. τὰ εἰς πόλεμον. — ἀντιποιεῖσθαι πρεσβεῖον τῆς παι- I.

ἔχειν δυνάμενος, ἀλλὰ περί τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις καὶ περὶ
τὸν τελεώτατον τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων τὸν Δημοσθένην,
καὶ δὴ καὶ ἐβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου λόγων ἀνα-
γράψασθαί σοι, δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα, ἴσμεν
2 γὰρ ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ πόνον ἔχει· ἀρξόμεθα δὲ τοῦ
συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν
διεξιόντες, — περιττὸν γὰρ τοῦτο —, ἀλλὰ τοσούτων μνη- 2
μονεύοντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν
τῶν λόγων συντελεῖν.

II. Δημοσθένει τοίνυν τῷ ῥήτορι πατὴρ ἦν Δημοσθένης
1 ἀνεπίληπτος τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Αἰσχίνης, ἐχθρὸς ὤν,

δείας, palmam obtinere doctrinae; ἡ παιδεία complectitur omne studiorum et disciplinae genus; hinc *ἐγκυκλοπαιδεία*. — *περί τε τοὺς ἄλλους. περί* innuit notionem *versandi* in aliqua re, ut in hac vit. IV, 3. et Arg. orat. de Chers. §. 3. Plut. Aristid. I. *ἡ περὶ τὸν οἶκον εὐπορία*. — *ἅτε — δυνάμενος*, quippe qui possis propter ingenii praestantiam in litteris graecis excellere. — *καὶ δὴ καί*, secundum *καὶ* signific. *adeo*, cfr. Viger. p. 524. Hoogov. de partic. gr. p. 394 sq. — *ἐβουλήθης*. Quamquam Schaeferus monuit, Libanium videri eam formam praetulisse, quam Grammatici Atticis vindicarunt, tamen Codicibus cum B. parui; eadem de causa 3, 2 *ἠδυνήθη* et 4, 4 *ἐδυνήθη* dedi. Vid. Thom. M. p. 258 et Buttm. Gram. gr. maj. I, p. 324. — *πόνον ἔχει. ἔχειν in se habere*, cf. Dem. Olynth. I, 2, 1. Herm. ad Vig. 753. Schaef. et Bast. ad Greg. Cor. p. 985. Orvill. ad Char. p. 485.

§. 2. *σύνταγμα*, liber, in quo omnia suo describuntur ordine. *ἐκ λόγων τάγμα*. Hesych. cf. III, 3. *συντετάχθαι*. — *τοσούτων μνημονεύοντες*. Lect. vulg. *τοσοῦτον*. Sed Codd. M. U. Y. Nn. apud A. et marg. Lut. *τοσούτων*, quod recepi, quum sequatur *ὅσα*. Idem R. A. B., sed W. vulg. Porro cum novissimo editore probavi *μνημονεύοντες*, qui nullam librorum discrepantiam notavit. Codd. Bav. et Aug. eandem lectionem habent. Schaeferi conjectura *μνημονεύσοντες* propterea non probabilis videtur, quod *ἀρξόμεθα* praecedit. — *συντελεῖν* dicitur de iis, qui conferunt vectigalia, tum de rebus, quae utilitatem praebent.

II. §. 1. Demosthenes natus Ol. 98, 4 (385 a. Ch.), mort. Ol. 114, 3, aetat. 63. Vid. Comm. hist. *πατὴρ ἦν*. A. ex Aug. post *πατήρ* inseruit *μὲν*, quod non legitur in cett. edd., et fortasse fluxit ex Plut. Dem. 4. init. Schaeferus mavult inseri: „nam aptius nectit narrationem cum sequentibus." — *Aeschinis* verba leguntur p. 561. Reisk. in or. c. Ctesiph. — *ταύτῃ. πατὴρ ἦν*. R. et B. post *πατὴρ* scripserunt *μὲν*. Sed ed. Ald. Lut. W. et A. non habent, ita

μαρτυρεῖ· (εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι· „τούτῳ πατὴρ
ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανεύς, ἀνὴρ ἐλεύθερος· οὐ γὰρ δεῖ
ψεύσασθαι·“) ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτη-
μένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ *κλῆσιν ἔλαβε.*
Τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος οὐκ ἦν, ὥς φασι, 2
καθαρῶς Ἀττικόν, Γύλωνος, τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους,
φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι, οἰκή-
σαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον κἀκεῖ γυναῖκα ἀγαγομένου Σκύ-
θιν τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μήτηρ Κλεο-
βούλη. εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι καὶ Αἰσχίνης,
εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ.
Περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω· ὀρφα- 3

---

ut nesciam, unde illi hauserint, nisi ex ipso Aeschine, apud quem haec vox reperitur. Sed quum in eodem Aeschinis loco sit *ψεύδεσθαι* et Liban. scripserit *ψεύσασθαι*, utroque in loco lectionem libror. a Nostro profectam esse existimo. Omnino cfr. Plut. c. 4. Schaef. idem statuit.

§. 2. Quae de matre refert Lib., mutuatus est ex Aeschin. l. c., qui narrat, Gylonem prodidisse Nymphaeum [urbem Tauricam] et fugisse in Bosporum, ibique Scythissam in matrimonium duxisse. Sed Plut. l. l. dubitat, an hoc verum sit. Matrem in aedes patris 50 minas intulisse dicit Dem. in Aphob. I. p. 814, 11. — ἐπὶ — ἐγκλήματι, *propter* accusationem. cfr. IV, 1. ἐπὶ τοῖς λόγοις. Matth. Gr. gr. p. 859., et quae notata sunt ad Phil. I, 16. 4. Πόντον. Ex Aeschin. l. c. patet, intelligendum Cimmerium Bosporum. vid. Steph. Byz. s. *Πόντος* p. 559. — ἀγαγομένου dedi praeeunte Wolfio et Bekk. pro vulg. *ἀγομένου*, quod omnes libri praebent. Cfr. Buttm. Gram. gr. maj. I, 331 et 559. — εἰς τοῦτο. Praepos. εἰς utuntur Graeci, *si qua res alicui vitio vertitur*, ita ut obtrectetur. Noster §. 3. *ἐσκώπτετο εἰς μαλακίαν*. Plut. Dem. 4. *εἰς τὸ σῶμα λέγεται σκωπτόμενος*. Thuc. VIII, 88. *βουλόμενος αὐτὸν εἰς Ἀθηναίων φιλίαν διαβάλλειν*. Cfr. Duk. ad h. l. Aeschin. hanc rem commemorat p. 563.

§. 3. περὶ μὲν τοῦ. Post *μὲν* Cod. Bav. Aug. οὖν, quod cum R. A. et B. inserui; „in talibus librarii multo saepius omittendo quam addendo peccant“ *Schaef.* — κομιδῇ νέος. egit enim annum septimum, quum pater decederet. — ἀσθενής. cfr. Plut. Dem. 4. ubi haec: ἦν ἐξ ἀρχῆς κάτισχνος καὶ νοσώδης. — ἀνδρωθείς. Suid. ἠνδρωμένος explicat per ηὐξημένος adultus. Est haec vox potissimum seriorum scriptorum. — *Βάταλος*, ante Reisk. legebatur *Βάτταλος*, mutavit ille ex Codd. Bav. et Aug. Sequutus sum cum A. et B. Aeschin. in Timarch. p. 139. 142 et Plut. l. l.

νὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος, ἦν μέν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο καὶ Βάταλος ἐπωνυμίαν
4 ἔσχεν. Ἱστόρηται γάρ, τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ὑπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐκάλουν.

III.
1 Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην 3
ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρωποῦ. ὁ τοίνυν

---

exhibens per τ: Sed Suidas s. βάταλος et βατταλίζεσθαι utroque modo. Demosthenes etiam vocatus est *Argas* ob morosam et amaram indolem, teste Plut. l. l. et Suida.

§. 4. Suidas, cui assentitur Barton. ad Plut. 4, dicit, Demosthenem fuisse nominatum Batalum ob vestitum molliorem; sed Aeschin. in Timarch. p. 142. hoc nomen illum tulisse monet ἐξ ἀνανδρίας τινός. — μέλεσι κατεαγ. carmine fracta i. e. *carminum modi enervati*. Suidas: κεκλασμένα et addit: αὕτη ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰωνικόν.

III. §. 1. Λέγεται — σχεῖν. A. dicit: „omnes Codd„ quos inspexi, ita ordinant: λέγεται δὲ τὸν Δημοσθ." Eod. modo in Bav. et B; hinc collocationem verborum eandem recepi. — ὁρμὴν ἐπὶ λόγ. Plut. c. 5. ὁρμὴ πρὸς λόγ. Schaef. post ἐπί legi vult τούς ex Cod. Bav. cfr. finem hujus paragr. Sed B. vulg. retinuit — *Callistratus*, Callicratis filius, Aphidnaeus, celeberrimus suae memoriae orator, in accusando praecipue acerbus. Cfr. Demosth. d. fals. leg. 301, 18. 436, 13. Aeschin. d. f. leg. 294. *Ruhnken.* hist. crit. gr. or. in Reisk. Orr. VIII. p. 140. Hanc de Oropo causam egit Ol. 103, 3. quum Dem. ageret annum 19, ex Liban. computatione 16; vide, ut de hac re, ita de Oropo com. hist. ad h. l. — δίκην ἀγωνίζεσθαι Plut. c. 5. ἀγωνίζεσθαι κρίσιν i. e. *litem agere*. — τὴν περὶ Ὠρωποῦ. Haec urbs inter Tanagriam et Atticam, in ditione Attica sita, (Thuc. II, 23.) saepe in controversiam est vocata, quae non prius cessavit, quam Philippus illam, Thebanis ademtam, Atheniensibus redderet. Cf. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore Themiso et Theodorus, Eretrienses, collecta manu Oropum occupa-

Δημοσθένης, παῖς ὢν, ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος αὐτῶν συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. Διδασκάλῳ δὲ χρησά- 2
μενος Ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ῥήτορι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἷλε μὲν αὐτούς· οὐ μὴν ἠδυ-

---

runt, Chabria res male gerente; quare hunc Callistratus accusavit. Xen. H. G. VII, 4, 1. dicit, Oropum fuisse ab exsulibus captam. cfr. Dem. de cor. p. 259. Nunc haec urbs *Ropo* vocatur. — ἐδεῖτο. etenim audiverat, inter magistros convenisse, ut propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. v. Plut. c. 5. — παραβαλεῖν αὐτῷ. In marg. Lut. est προσεισβαλεῖν, quod quidem interpretamentum sapit. παραβάλλειν neutrali sensu est *se admovere*. Philipp. in Epist. (apud Reisk. p. 163, 3.) scribit: βουλόμενος ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον παραβαλεῖν. Quare non est, quod vel transpositio verborum admittatur, quam Schaef. suadet, vel pro αὐτῷ recipiatur αὐτὸν, quod est in Aug., et M. apud A. Recte R. et B. vulg. tuiti sunt. — καὶ ὅς. *tum ille*. vid. Arg. or. de Cherson. §. 2. καὶ ὃς ἐπιστέλλει cf. Vig. p. 24. et Herm. ad Vig. p. 706 sq. — διετέθη. διατιθέναι, *aliquem aliquo modo afficere*. Cf. Wolf. ad Lept. p. 240. et Zeun. ad Vig. p. 300. Plut. l. l. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione esse adfectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret.

§. 2. Ἰσαίῳ. Isaeus floruit 400 — 356. a. Chr. Restant decem ejus orationes in Reisk. Orr. Vol. III. Vid. Dionys. Hal. „de Isaeo" (Opp. I. V. ed. R.), qui c. 3 dicit: „ἡ Ἰσαίου λέξις καθαρὰ μὲν καὶ ἀκριβὴς καὶ σαφής, κυρία τε καὶ ἐναργὴς καὶ σύντομος· πρὸς δὲ τούτοις πιθανή τε καὶ πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις." Paullo infra: „πηγή τις ὄντως ἐστὶ τῆς Δημοσθένους δυνάμεως." De ceteris praeceptoribus Demosthenis vid. Suid. s. Δημοσθ. et Plut. 5. — εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. W. et A. post ἄνδρας inserunt partic. δὲ, sed, quantum scio, nulla libror. auctoritate. Jam quum Noster non ubique justa utatur enunciationum junctura, cum R. et B. vulg. retinui, colo post ῥήτορι expuncto. Togam virilem sumsit Dem. (εἰς ἄνδρ. ἐγγρ.), quum ageret annum XVIII. Ol. 103, 2. archonte Polyzelo; vid. de Cor. 419, 25. Hac enim aetate ipsi licuit rem familiarem administrare. — ἀγῶνα — ἐνεστήσατο. ἀγ. ἐνιστ. *litem instituere*. Dem. p. 227, 3. dicit: ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος. Tutores a patre praescripti erant Aphobus, Demophon, Therippides; qui quum XIV. talenta tractassent, post decennem curam LXX. mi-

3 νήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολωλέκει. Τοὺς δὲ λόγους
τοὺς ἐπιτροπικοὺς εἰσὶν οἵ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημοσθέ-
νους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες, (ὀκτω-
καίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο), καὶ ὅτι
δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πως ἐπιφαίνειν εἶδος. ἕτε-
ροι δὲ νομίζουσι συντετάχθαι μὲν ὑπὸ Δημοσθένους, διωρ-
4 θῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου. Οὐδὲν δὲ θαυμαστόν, εἰ ὁ
Δημοσθένης ἠδύνατο μὲν ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγρά-
φειν τοιούτους λόγους· (ἡ γὰρ ὕστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο
πιστοῦται·) ἀπὸ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ
διδασκάλῳ τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα πολλαχῇ μεμίμηται.
5 Μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προ-
ελθών, σοφιστεύειν ἐνεχείρησεν· εἶτα ἀπαλλαγεὶς τούτου,

---

nas Demostheni reddiderunt; quare hic actionem X talent. iis scripsit. Cfr. Dem. or. in Aphob. I. — *ἑλε. αἱρεῖν*, convincere. cf. Aeschin. p. 544, 3. — *οὐ μὴν — ἀπολωλέκει.* Aphobus damnatus quum nihil aequi facere posset, Demosthenes in possessionem bonorum ejus venit; sed amissa non recuperavit. Lectionem omnium librorum *ἀπολώλεκε* Bekk. olim mutaverat in *ἀπολωλέκει*, nuper (in ed. 1824) vero restituit vulgatam, quam, verborum nexu jubente, cum Schaef. improbandam censui. Nuperrime, i. e. in ed. 1825. video *ἀπολωλέκει* a Bekk. scriptum.

§. 3. *τοὺς δὲ λόγους.* Tutoriae orationes exstant tres in Aphobum et duae in Onetorem: hic enim, cui Aphobi soror nupta fuerat, Demosthenem e fundo vi ejecit. — *ὀκτωκαίδεκα*, in com. hist. monuimus, Demosthenem, quum has orationes haberet, egisse annum vicesimum primum. — *διωρθῶσθαι* vulg. et in Codd. F, Ω u apud B. legitur *διορθοῦσθαι*: quam lectionem propter *συντετάχθαι* rejiciendum existimo. Ed. Lut. nobis favet et W. R. A. B. consentiunt.

§. 4. *θαυμαστόν, εἰ.* Non solum *θαυμάζω* construitur sequenti εἰ (Matth. §. 608.), sed omnino ea verba, quae cum animi affectum exprimunt, ex quo aliquid fiat aut factum sit, quod non exspectaveris aut optaveris, ut *ἀγανακτέω*. Plat. Crit. 1. *πλημμελὲς εἴη ἀγανακτεῖν, εἰ δεῖ τελευτᾷν.* — *ἡ ὕστερον ὑπεροχή*, *excellentia, qua postea floruit.* cfr. Vig. p. 576. a. — *μεμίμηται.* Passivum ponitur pro activo, ut *πεπολίτευμαι*, *ἐψήφισμαι*, multaque alia. Matth. §. 496, 6. cfr. verba Dionysii supra allata de Isaeo.

§. 5. *σοφιστεύειν*, artem dicendi docere. cfr. Plut. Dem. c. 24. fin. Suidas dicit, Demosthenem ab instituto recessisse propter calumniam de Moschi filio, nobili adolescente, ortam. Cete-

συνηγόρησεν ἐν δικαστηρίῳ. τούτοις δὲ, ὥσπερ γυμνασίοις, χρησάμενος ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἦλθεν.

Ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν IV.
γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος· ἐξ ὧν ἀμ- 1
φοτέρων συνέβαινε, φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρε-
χόμενον οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις. διὸ
καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, τί ἐστὶ ῥητορική, ἀπεκρίνατο
4 ὅτι ὑπόκρισις, δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν χειρόνων
ἥττων ἐφαίνετο. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε καὶ 2
ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ὑπῆν ἐλαττώματα· καὶ

---

rum intelligo annum aetatis vicesimum tertium. B. pro ἐνεχείρησεν dedit ex Ω u ἐνεχείρισεν, sed saepius Codd. η et ι commutant; ut de Cherson. 1, 3. Vulgatam retinui, eandem B. nuperrime. — συνηγορεῖν, causas agere. ut Dem. p. 1233, 18. — γυμνασίοις: γυμνάσιον, ipsa ratio qua vires exercentur. Xen. Oecon. 10, 11. dicit: ἀγαθὸν γυμνάσιον καὶ τὸ δεῦσαι καὶ τὸ μάξαι.

§. 1. τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν, *balbutiebat lingua*. IV.
cfr. Plut. v. Dem. c. 6 et 11. Ceterum cavendum, ne putent tirones, Graecos hic aliquid supplevisse, etsi ex nostrae linguae indole addendum est, quod explicationi inserviat: eaque videtur mens eorum fuisse, qui κατὰ supplerent. Nam accusat. absolutum ponunt Graeci, si rem, qualis sit, describunt. Cf. Herm. ad Vig. p. 882 sq. Matth. Gr. Gr. §. 423. — ἀτονώτερος. Quod in Aug. legitur ἀτονώτερον, debetur interpreti. Ad rem cfr. Cicer. Brut. 91. „erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse videtur a vitae periculo". — ὑπόκρισις non solum significat *gestum histrionis*, sed etiam *actionem oratoris*, vid. Ernest. lexic. rhet. s. h. v. — ἐπὶ τοῖς λόγοις, male audiebat *ob dicendum*. ἐπὶ, ut ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι. c. II, 2. Plut. c. 7. refert, Demosthenem iniquo concionum suarum successu vehementer dolentem ab histrione quodam Satyro erectum et maxime *actionem* edoctum fuisse. Hinc dicit Dionys. d. adm. vi Dem. c. 53: „ταύτης δή φημι τῆς ἀρετῆς (τῆς ὑποκρίσεως) πάνυ δεῖν τοῖς ἐναγωνίοις λόγοις, εἰ μέλλουσιν ἕξειν πολὺ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἔμψυχον, ἧς πλείστην, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, πρόνοιαν ἔσχεν οὗτος ὁ ἀνήρ. Cicer. Orat. c. 17." non sine caussa Demosthenes tribuit et primas et secundas et tertias *actioni*. — ἥττων ἐφαίνετο, nam Plut. c. 6. refert: κατεγέλατο δι' ἀήθειαν τοῦ λόγου.

§. 2. Summo cum studio elaboravit in vitiis emendandis: Plut. c. 8. narrat eum, si qua res in sermonem incidisset, subtiliori hanc

γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι. διὰ δὲ τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κενουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. Μνημονεύονται δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκήσεις κατάγειοι καὶ ξυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι' αἰσχύνην μὴ προΐοι τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου· καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους, ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν. πρὸς ὃν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἅμα καὶ

---

subjecisse examini et secum utrinque tractasse. Ipse orator in Mid. p. 576, 15: ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω. Per ἐλαττώματα intelliguntur incommoda ex defectu aliquo orta. Plut. c. 11. similiter haec: τοῖς δὲ σωματικοῖς ἐλαττώμασι τοιαύτην ἐπῆγεν ἄσκησιν. — δειλὸς πρὸς τοὺς — θορύβους vocatur, qui veretur, ut plebis tumultus sustineat. Demosth. de fals. leg. p. 405, 18. dicit: τίνα δ' ἄτολμον καὶ δειλὸν πρὸς τοὺς ὄχλους φασὶν εἶναι; — ἐξίστασθαι perculsum discedere. Hesych. καταπλήττεσθαι. — τηροῦντα, τηρεῖ, qui cavet, ne qua res ipsum fugiat. Demosth. p. 317. ult. φυλάττειν ἐμὲ καὶ τηρεῖν ἐκέλευεν. Id. p. 836, 5. τηρήσας τὴν τελευταίαν ἡμέραν. — βαδίζοντα. Haec vox differt a τρέχειν, quum illa de lento, haec de veloci incessu dicatur. Xen. Cyrop. II, 3, 14. ἡμεῖς καὶ τρέχειν καὶ βαδίζειν ἠναγκαζόμεθα. — καταβοάς „vox a Thuc. usurpata, sed a Dion. Hal. (VI, 794.) inter γλωσσηματικὰς καὶ ἀπηρχαιωμένας relata. Haec glossematica tantopere placuerunt posteriorum Sophistis temporum, ut iis tanquam gemmis orationem suam distinguerent." *Schaef.*

§. 3. Quae de subterraneo habitaculo et tonsione dicit, ea narrat Plut. c. 7. Quinctil. X, 3. — ἵνα — δωματίου. Optativus (προΐοι) ponitur, quoniam in enunciatione praecedente inest ratio temporis praeteriti: dicitur sub terra *habitasse*. Herm. ad Vig. 850. Herodi. I, 17. ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, προΐοι τοῦ οἴκου: quo quidem loco etiam usus genit. cum προϊέναι confirmatur. — πρὸς φῶς. *ad lucernam.* πρὸς de tempore. Xen. Hell. V, 1, 9. ναυμαχίας δὲ πρὸς σελήνην γενομένης. — περὶ λόγους. περί. vid. I, 1. ibique not.; non est quod hanc praeposit., ut W. conjicit, deleamus. — Πυθέας. Hic Pytheas, popularitatis simulator, homo impurae et libidinosae vitae fuit. Demosth. in ep. III. p. 1481, 14. eum vocat τὸν μέχρι τῆν παρόδου δημοτικόν, μετὰ ταῦτα δ' ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. Plut. Phoc. c. 21. Πυθέας λάλος καὶ θρασύς. Cfr. Ruhnk. ad Rutil. L. p. 40. Omnino Libanius h. l. duas narrationes

πικρῶς· „οἶδα,“ εἶπεν, „ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων.“ διεβέ-
βλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. Καὶ μὴν ὅτι 4
γε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν, ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχη-
ται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται· παρειλήφαμεν δὲ κἀ-
κεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε, καὶ
ἑστάμενος ὑπὸ τοῦτο ἔλεγεν· ἐποίει δὲ τοῦτο δι᾽ αἰτίαν τοι-
αύτην· ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν· ὑπερε-
κρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ
δέει τῆς πληγῆς ἐδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέ-
ποντος σχήματος.

Ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τά τε τῶν V.
Ἑλλήνων καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ τὸ δη- 1
μαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης. Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἄρ-

---

confudit, quas habet Plut. Dem. c. 8 et 11. Illo in loco refert; Pytheam dixisse: ἐλλυχνίων ὄζειν αὐτοῦ (Δημοσθ.) τὰ ἐνθυμήματα. Sed altero loco Chalco cuidam furi lucubrationes Demosthenis aegre ferenti respondet hic: „οἶδα ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων.“ — ὡς λωποδυτῶν. ὡς adjunctum participiis indicat, rem illam, quae describitur, ita ab aliis fuisse mente conceptam, ut ex participio intelligitur. Plat. Crit. c. 4. οἱ συκοφάνται ἡμῖν πράγματα παρέχουσιν, ὡς σε ἐνθένδε ἐκκλέψασιν. adde Demosth. Phil. I. 4, 4. ὡς ἐγνωκότων etc. Viger p. 559.; et Herm. p. 852. λωποδυτῶν quid sit, fusius expositum ad Phil. I, 14, 5.

§. 4. Καὶ μὴν ὅτι γε ὕδωρ scripsi monente Schaefero; quum lect. vulg. τε nullum sensum fundat. Add. Phil. II, 2, 2. οὐκ εἶων προΐεσθαι Πύλας οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας, ὡς ἐγὼ ὕδωρ πίνων δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος. In hanc rem narrat Lucian. Demadem dixisse: ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. — ἵνα — παρέχηται. Conjunct. post tempus praeteritum ponitur, si res non talis describitur, quae fieri possit, sed quae vere fiat. cf. Matth. Gr. gr. §. 518., nisi quis nostrum scriptorem minus accuratum dicat in temporum ordine sese excipientium servando. — ἐκ τῆς ὀροφῆς. ὀροφή tectum intra parietes inclusum. Poll. I, 80. τὸ ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὀροφὴ καλεῖται. — ὑπὸ τοῦτο. Marg. Lut. τούτῳ, ex correctione. Xenoph. Anab. I, 10, 14. haec: ὑπὸ αὐτὸν (λόφον) στήσας τὸ στράτευμα. — ἐν χρῷ, ut extremam cutem attingeret.

§. 1. Τά τε τῶν Ἑλλήνων καί. Haec verba neque apud V. W. neque apud A. leguntur; neuter omissionis rationem reddidit: a Codd. et cett. edd. non absunt. — ὅτε ἐπὶ τὸ δημ.. Accessit Demosth. ad rempubl. quum ageret annum aet. XXX; huius anni est oratio in Androt. et Lept. Olympiad. CVI, 2. vid. Plutarch.

χοντας τῶν Ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας ἐν Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες, αὐτοὶ παρῆλθον εἰς ἰσχύν, καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος ὅμορον τῇ Εὐβοίᾳ [Βοιωτίᾳ], πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσιν. οὗτοι [δὲ] καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναόν, πλησίον ὄντα, ἐσύλησαν· ἀνθ' ὅτου
2 καὶ οἱ Θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. Ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. Χῖοι γὰρ καὶ Ῥόδιοι καὶ Βυζάντιοι πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι Ἀθηναίων, τότε μετ' ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. καὶ αὕτω μὲν ἡ Ἑλλὰς εἰς πολλὰ μέρη διῄρητο, Ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ Θηβαίων πρὸς Φωκέας, καὶ Λα-
3 κεδαιμονίων πρὸς Πελοποννησίους. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν

---

c. 14. — ἐν Λεύκτροις. Pugna Leuctrica pugnata a. 372. a. C. — αὐτοί, hanc lectionem nunc recepi, ex ed. Felic. desumtam; nexus eam requirit. Ceteri libri αὐτούς, Bav. αὐτοῖς. Unde conjeceris, omnino hanc vocem tollendam esse, nisi vetustum hoc vitium esse statuas. Hoc certe patet, αὐτοί recte opponi verbis Λακεδ. usq. ad ἔχοντας. παρῆλθον. Marg. Lut. προῆλθον. Non negari potest, hunc scriptorem, quum velit exprimere notionem potentiae, quam quis nactus sit, uti voce προέρχεσθαι. cfr. Argum. in Olynth. I. c. 1, 1. et Arg. Orat. Megapol. p. 201, 12. μηδὲ εἰς ἰσχὺν προελθόντας Λακεδαιμονίους. Sed ex his ipsis locis fortassis lectio marginalis fluxit: et quum §. 3. Noster dicat εἰς βασιλείαν παρῆλθεν, non ausus sum vulgatam mutare, quae tamen Schaefero displicet. τῇ Εὐβοίᾳ. Ead. marg. habet Βοιωτίᾳ: quam lectionem quis non lubenter amplectatur, quum sensus eum postulet? Recepissem, si majorem illi fonti haberem fidem. Ipse auctor videtur haec nomina confudisse. — οὗτοι [δὲ] καταλαβ. δὲ, monente Bekk., est in Fu, ut concludas a ceteris abesse libris; hinc uncis inclusi; Bek. ejecit. In § seq. οἱ ante Ἀθηναῖοι, quod vulg. legebatur, expunxi Auger. et Bek. praeeuntibus. De bello Phoc. vid. comment. histor.

§. 2. De bello sociali vid. Com. hist. ad hunc locum. — Λακεδαιμονίων. Lacedaemonii Arcadas et Messenios devicerant: hi quum res adflictas restituere auderent, continua bella gesserunt contra illos. Post Λακεδ. R. de suo dedit δὲ; Codd. Aug. et Bav. habent ante hanc vocem καὶ, quod A. et B., jure receperunt. Auger. ita: „repperi καί in Codicibus, quos mihi adire licuit.“ Apud Bekk. in Ω u. Fel. et Herv. sec. habent καί, non item Hervag. pr.

§. 3. Amyntas rex Macedoniae fuit ab anno 390. a. C. — εἰς

καιρὸν Φίλιππος, ὁ Ἀμύντου παῖς, εἰς τὴν Μακεδόνων
βασιλείαν παρῆλθεν. Ἀμύντᾳ γὰρ τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ
τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος, Ἀλέξαν-
δρος, Περδίκκας, Φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος
Ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ Περδίκκας
πρὸς Ἰλλυριοὺς μαχόμενος. Φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος ἐτύγ-
χανε μὲν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων· ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν Περ-
δίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρα καὶ ὀξέως εἰς Μακεδο-
νίαν ἀφικόμενος, κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι δ' ἄρ' 4
ἕτερόν τινα, γένους μὲν ὄντα βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ Μα-
κεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατῆγον μετὰ πολλοῦ πλήθους
στρατιωτῶν. τούτοις ὁ Φίλιππος ἐπιθέμενος, ἐνίκησε μάχῃ·
καὶ ὅσους συνέλαβεν αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν
ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὔνοιαν τῆς πόλεως, οὐδὲ δι' ἐπιεί-
κειαν τρόπου.

βασιλ. παρῆλθ. *rex factus est.* cfr. §. 1. et Demosth. Phil. III. p. 117. 4. *Λακεδαιμονίοις παρελθοῦσιν εἰς τὴν δυναστείαν τὴν αὐτὴν — ἅπαντες εἰς πόλεμον κατέστησαν.* Philippus regnum obtinuit a. 359. a. C. — τούτων ὁ μὲν. Alexander necatus a Ptolemaeo Aloritae. vid. Diod. Sic. XVI. c. 2., qui dicit: τοῦτον ὁ *Πτολεμαῖος* ὁ *Ἀλωρίτου δολοφονήσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν.* Aesch. d. f. leg. p. 213 haec: ὃς (*Πτολεμ.*) ἦν ἐπίτροπος καθεστηκὼς τῶν πραγμάτων. Hunc Perdiccas matre Eurydice adjuvante e medio sustulit, qui in proelio apud Illyrios cecidit. cfr. Diod. Sic. l. l. Ceterum Schaef. pro πρεσβύτερος legi vult πρεσβύτατος; Codd. non addicunt. — De rebus Philippi exposui in Comm. hist. ad h. l.

§. 4. Ἀθηναῖοι δέ. Post has voces R., A. et B. bene inseruerunt ἄρα ex Codd. Aug. Bav. Auger. dicit: „ἄρ' addunt omnes, quos inspexi, libri. — ἕτερον. Hic fuit Argaeus quidam, cui Athenienses favebant. — ἐπιθέμενος. i. e. *aggressus ex insidiis.* Herodot. VIII, 27. νυκτὸς ἐπεθήκατο (ὁ *Τελλίης*) τοῖς *Θεσσαλοῖσι.* Cf. I, 27. et Plat. Lach. §. 14. Jac. Phavor. explicat per ἐνεδρεύσας. vid. Diod. Sic. XVI. c. 3. ibique Wessel. Qui quanquam nullarum faciat insidiarum mentionem, tamen Justin. VII, 6. dicit: Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus *per insidias* victis, incolumes sine pretio dimisit. Quod quidem Diod. l. l. ita expressit: ὑποσπόνδους ἀφῆκεν. — ἐπιείκεια τρόπου, *morum facilitas.* Una Phil. misit litteras, quibus se veteris amicitiae studiosum significabat. — In fine W. et A. aliquid deesse putant: idem videtur Schaefero.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α.

PROLEGOMENA.

Qualis fuerit rerum conditio eo, quo haec oratio est habita, tempore, exposui in com. hist. ad Lib. Vit. Dem. V, 3. Demosthenes Ol. CVII, 1., archonte Aristodemo, anno aetat. XXXIII. in medium prodiit [1]) ostensurus, quantum patriae periculum immineat, quid Atheniensibus, ut hoc propulsent, agendum sit: revocat eos a segnitie et desidia, arma scilicet sumturos et ita se paraturos, ut in tempore molimina Macedonis evertere et suam civitatem servare possint. Legentes ipsi videbunt, quam recte et subtiliter Noster in argumento proposito versatus sit.

De quo priusquam verba faciam, mentionem faciam quaestionis, nostra aetate magis quam olim agitatae; hujus dico: utrum haec oratio in duas dispesci debeat partes (c. I. — VIII. et c. IX. — XV.); quod Lelandus, Jacobsius p. 109 — 125. et ipse olim contendi, an in unum sit conferenda. Etenim Dionys. Halic. ad Am. VI, p. 736. haec habet: *ἔπειτα Θεμιστοκλῆς ἄρχων ἐστίν, ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης, περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιατῶν καὶ*

1) Esse enim hanc orationem ante Olynthiacas habitam, temporum ratio ipsa evincit, et Dion. Halic. VI, p. 725. confirmat. Gin in vers. gall. p. 20. haec: „la maladie de Philippe, dont il y (Olynth. I.) est faite mention, donne lieu de conjecturer, qu'elle est posterieure à la première Philippique.

τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστὶν ἀρχή· Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ, ἄ. Ἀθ., δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστιν[1].) In hoc loco princeps et paene sola fuit causa posita, cur nostram orationem in duas partes dissecandam censerent. Nam quae argumenta ex ipsa orationis indole repetenda videbantur, ea argutiora quam veriora dixerim. Quamquam enim negari nequit, primam partem ad exercitum comparandum et stipendia persolvenda pertinere, alterum vero ad belli ipsius pericula et hostis insidias (c. 13, 2), tamen orator hanc rem de sonsulto ita instituisse videtur, ut post πόρου ἀπόδειξιν animos audientium, apud quos antea de belli apparatu egerat, nunc ad arma capienda inflammaret. Accedit, quod quibus rebus Dionysius sextam Philippicam — lege quintam — contineri dicit, eas frustra in altera orationis parte (inde a cap. IX.) quaeras. Hujus vero scriptoris auctoritatem iam olim in dubium vocatam fuisse patet ex his Scholiastae verbis: ἐντεῦθέν (c. IX,) φησι Διονύσιος ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν, προοίμιον δέ, φησίν, οὐκ ἔχει· ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστίν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἔσει προοίμια· οὐ λέγει δὲ ἀληθῆ· ἐπειδὴ γὰρ ἄνωθεν ὑπέσχετο περὶ τοῦ πόρου χρημάτων εἰπεῖν, νῦν τοῦτο δεικνύει· καὶ ἔσειν ὥσπερ ἐπίλογος, ὥσπερ ἐποίησε καὶ Ἰσο-

---

1) Auger. analysi orat. Phil. 1. observationem criticam subjungit, in qua haec de Dionysii loco: „Ego existimaverim, hic corruptum fuisse Dion. Hal. textum et ab aliqua imperita manu emendatum ad nos pervenisse. Plura me inducunt ad ita sentiendum (?) 1., Summa peritia et excellens Dion. Hal. judicium, qui in tanta rei evidentia ita turpiter errare non potuit. 2., Textus, ut se habet, evidenter peccat, quod Wolf. et alii animadverterunt. Nam ista Philippica ita incipiens ἃ μὲν ἡμεῖς exhibetur, ut sexta, quae tamen ex ipsa rei inspectione, ex ipsa ratione numerorum debet esse quinta 3., Denique et hoc mihi invictum argumentum videtur: Dion. Hal. liquido dicit sextam, imo quintam, Philippicam haberi de custodia insularium et civitatum in Hellesponto, περὶ τῆς φυλακῆς etc.; de his autem silet ista Philippica, quam textus ait incipere, ἃ μὲν ἡμεῖς. Verisimillimum est igitur, amissam fuisse aliquam Demosthenis Philippicam, de hac re habitam, quae Dionysii aetate superérat."

νὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος, ἦν μέν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο καὶ Βάταλος ἐπωνυμίαν
4 ἔσχεν. Ἱστόρηται γάρ, τινα Βάταλον Ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν· ὑπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐκάλουν.

III. Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν
1 ἐπὶ λόγους ὁρμὴν ἐντεῦθεν σχεῖν. Καλλίστρατος ἦν Ἀθηναῖος ῥήτωρ ἔνδοξος· οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην 3
ἀγωνίζεσθαι, φασίν, οἶμαι, τὴν περὶ Ὠρωποῦ. ὁ τοίνυν

---

exhibent per τ: Sed Suidas s. βάταλος et βατταλίζεσθαι utroque modo. Demosthenes etiam vocatus est *Argas* ob morosam et amaram indolem, teste Plut. l. l. et Suida.

§. 4. Suidas, cui assentitur Barton. ad Plut. 4, dicit, Demosthenem fuisse nominatum Batalum ob vestitum molliorem; sed Aeschin. in Timarch. p. 142. hoc nomen illum tulisse monet ἐξ ἀνανδρίας τινός. — μέλεσι κατεαγ. carmina fracta i. e. *carminum modi enervati.* Suidas: κεκλασμένα et addit: αὕτη ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν. Cfr. Hesych. s. v. Ἰωνικόν.

III. §. 1. Λέγεται — σχεῖν. A. dicit: „omnes Codd„ quos inspexi, ita ordinant: λέγεται δὲ τὸν Δημοσθ.“ Eod. modo in Bav. et B; hinc collocationem verborum eandem recepi. — ὁρμὴν ἐπὶ λόγ. Plut. c. 5. ὁρμὴ πρὸς λόγ. Schaef. post ἐπὶ legi vult τούς ex Cod. Bav. cfr. finem hujus paragr. Sed B. vulg. retinuit — *Callistratus*, Callicratis filius, Aphidnaeus, celeberrimus suae memoriae orator, in accusando praecipue acerbus. Cfr. Demosth. d. fals. leg. 301, 18. 436, 13. Aeschin. d. f. leg. 294. *Ruhnken.* hist. crit. gr. or. in Reisk. Orr. VIII. p. 140. Hanc de Oropo causam egit Ol. 103, 3. quum Dem. ageret annum 19, ex Liban. computatione 16; vide, ut de hac re, ita de Oropo com. hist. ad h. l. — δίκην ἀγωνίζεσθαι Plut. c. 5. ἀγωνίζεσθαι κρίσιν i. e. *litem agere.* — τὴν περὶ Ὠρωποῦ. Haec urbs inter Tanagriam et Atticam, in ditione Attica sita, (Thuc. II, 23.) saepe in controversiam est vocata, quae non prius cessavit, quam Philippus illam, Thebanis ademtam, Atheniensibus redderet. Cf. Pausan. I, 34, 1. Hoc tempore Themiso et Theodorus, Eretrienses, collecta manu Oropum occupa-

Δημοσθένης, παῖς ὤν, ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκείου συγ-
χωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ· καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκού-
σας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα
πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. Διδασκάλῳ δὲ χρησά- 2
μενος Ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ῥήτορι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς εὐ-
θὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκη-
κότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἷλε μὲν αὐτούς· οὐ μὴν ἠδυ-

---

runt, Chabria res male gerente; quare hunc Callistratus accusavit. Xen. H. G. VII, 4, 1. dicit, Oropum fuisse ab exsulibus captam. cfr. Dem. de cor. p. 259. Nunc haec urbs *Ropo* vocatur. — ἐδεῖτο. etenim audiverat, inter magistros convenisse, ut, propter oratoris facultatem et causae celebritatem judicio interessent. v. Plut. c. 5. — παραβαλεῖν αὐτῷ. In marg. Lut. est προσεισβαλεῖν, quod quidem interpretamentum sapit. παραβάλλειν neutrali sensu est *se admovere*. Philipp. in Epist. (apud Reisk. p. 163, 3.) scribit: βουλόμενος ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον παραβαλεῖν. Quare non est, quod vel transpositio verborum admittatur, quam Schaef. suadet, vel pro αὐτῷ recipiatur αὐτὸν, quod est in Aug., et M. apud A. Recte R. et B. vulg. tuiti sunt. — καὶ ὅς. *tum ille*. vid. Arg. or. de Cherson. §. 2. καὶ ὃς ἐπιστέλλει cf. Vig. p. 24. et Herm. ad Vig. p. 706 sq. — διετέθη. διατιθέναι, *aliquem aliquo modo afficere*. Cf. Wolf. ad Lept. p. 240. et Zeun. ad Vig. p. 300. Plut. l. l. tradit, Demosthenem tanta Callistrati, quem summis honoribus excipi videbat, admiratione esse adfectum, ut, omnibus aliis rebus missis, se totum ad artem dicendi conferret.

§. 2. Ἰσαίῳ. Isaeus floruit 400—356. a. Chr. Restant decem ejus orationes in Reisk. Orr. Vol. III. Vid. Dionys. Hal. „de Isaeo" (Opp. I. V. ed. R.), qui c. 3 dicit: „ἡ Ἰσαίου λέξις καθαρὰ μὲν καὶ ἀκριβὴς καὶ σαφής, κυρία τε καὶ ἐναργὴς καὶ σύντομος· πρὸς δὲ τούτοις πιθανή τε καὶ πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις." Paullo infra: „ψυχή τις ὄντως ἐστὶ τῆς Δημοσθένους δυνάμεως." De ceteris praeceptoribus Demosthenis vid. Suid. s. Δημοσθ. et Plut. 5. — εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. W. et A. post ἄνδρας inserunt partic. δὲ, sed, quantum scio, nulla libror. auctoritate. Jam quum Noster non ubique justa utatur enunciationum junctura, cum R. et B. vulg. retinui, colo post ῥήτορι expuncto. Togam virilem sumsit Dem. (εἰς ἄνδρ. ἐγγρ.), quum ageret annum XVIII. Ol. 103, 2. archonte Polyzelo; vid. de Cor. 419, 25. Hac enim aetate ipsi licuit rem familiarem administrare. — ἀγῶνα — ἐνεστήσατο. ἀγ. ἐνίστ. *litem instituere*. Dem. p. 227, 3. dicit: ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος. Tutores a patre praescripti erant Aphobus, Demophon, Therippides; qui quum XIV. talenta tractassent, post decennem curam LXX. mi-

3 νήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολωλέκει. Τοὺς δὲ λόγους
daeam receperunt. Narrat haec Thuc. II, 79. Idem auctor est, (IV, 123.) Brasidam, Mendaeum, quum bellum contra Athenienses gereret, Olymp. 89, 1. suorum liberos subduxisse Olynthum, cujus incolae ipsi (Thuc. V, 39.) Mecybernam, quam Atheniensium praesidium obsessam tenebat, adorti esse traduntur. Sed quemadmodum hoc, quo diximus, tempore Olynthii cum Atheniensibus confligebant, ita videmus illis Ol. 99, 2. 3. a Lacedaemoniis bellum inferri: cujus rei haec fuit causa. Amyntas, rex Macedonum, ab Illyriis victus et pressus ab Olynthiis, his magnum vicini agri tractum permisit. Diod. Sic. XIV, 92. XV, 19 Quem ille quum, viribus instauratis, repeteret et Olynthii se reddituros negarent, opem Lacedaemoniorum imploravit: Olynthii vero urbes Chalcidicas in belli societatem arcessiverunt; quod illae aegre tulisse videntur. Nam legati ex Acantho et Apollonia, urbibus Chalcidicis, venerunt Spartam auxilium petituri. Apud Xenoph. H. G. V, 2, 12. legati inter alia haec: ὅτι μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστη πόλις Ὄλυνθος, σχεδὸν πάντες ἐπίστασθε*). Quum auxilia a Spartanis, duce Eudamida, missa Thebis, dissidio ibi orto, retinerentur, mittunt illi Teleutiam, Agesilai fratrem, qui in pugna cum Olynthiis pugnata cadit; copiae ejus dispelluntur. Diod. Sic. XV, 19, 21. Xen. l. l. V, 3, 6. Cfr. Dem. d. f. leg. p. 425, 24. (Ὀλύνθιοι) μάχας πολλὰς ἐκράτησαν καὶ τρεῖς τῶν πολεμάρχων ἀπέκτειναν. Sed Agesipoli, qui succedebat, mortuo, Polybidas (Diod. Sic. XV, 23.), quem Xenoph. V, 3, 26. Polybiaden vocat, a Lacedaemoniis dux electus, Olynthios ita obsidione pressit, ut hi in fidem Lacedaemoniorum Ol. 100, 1. sese reciperent.

Bello hoc finito, opes Olynthiorum, mercatura florentium, sensim sensimque restitutae sunt, ut Phi-

---

*) Idem refert §. 15—19, Olynthios populari usos esse imperio et liberalibus legibus. Cfr. Dem. Phil. III. p. 125, 6. sq.

lippi, patrium obtinentis regnum, plurimum interesset, hac potiri urbe. Ita factum, ut Ol. 105, 3. Olynthii legatos Athenas mitterent, de foedere pangendo acturos, nam Dem. Olynth. I, 3, 1. (p. 19. R.) dicit: *Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι.* Unde patet, illos repulsam tulisse: nam Athenienses spe de Amphipoli recipienda inducti oblatam occasionem Graeciae liberandae e manibus dimiserunt; immo bellum exortum est Olynthiorum cum Atheniensibus, et quidem teste Dem. in Aristocr. 656, 18. *δι' ἐκεῖνον ἡμῖν ἐπολέμουν.* Sed eo ipso anno, quo bellum illud exarsit Ol. 105, 3, Philippus foedus iniit cum Olynthiis et his Anthemuntem et Potidaeam tradidit. Dem. l. l. Diod. Sic. XVI, 8. Liban. Arg. Ol. III, (I,) c. I. §. 2. 3. At vero pace et societate Atheniensium cum Olynthiis facta, Ol. 106, 3. Olynth. II, 3, 2. Aristocr. 656, 25., Philippus, cujus fratres ex noverca genitos Olynthii receperant (Justin. 8, 3.)*), bellum huic urbi parare instituit, quam et Polyb. IX, 22. principem urbium Thraciarum esse tradit, et Diod. Sic. XVI, 8. et 53. opibus et potentia florentem, propter civium multitudinem ad bellum plurimum habuisse scribit momenti. Jam vero Philippus Ol. 107, 4. Olynthum oppugnaturus Chalcidicas urbes adortus Zeiram castellum diruit et nonnullas urbes in fidem recipit (Diod. Sic. XVI, 52.); has vero socias Olynthiorum fuisse conjeceris ex Demosth. d. f. leg. 426, 9.: *πάντας δὲ περιχώρους ἔχοντες (Ὀλύνθιοι) συμμάχους.* Idem Phil. III. p. 113, 12. de Philippo narrat: *τετταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια εἶπεν (Ὀλυνθίοις), ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν, ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ.* et 117, 20. *δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν;* ex or. d. f. leg. I. l. patet, proditorum ope Macedonem maxime usum fuisse in istis urbibus expugnan-

---

*) *Vogel* l. l. p. 275. haec fabulose narrari contendit.

dis: quae res a multis scriptoribus memoriae prodita est. Vid. Horat. Carmin. III, 16, 13. Val. Max. VII, 2. Jam periculum ipsis imminuit Olynthiis, qui mille equitibus et decem millibus peditum collectis bis a Macedone in fugam conjecti ad obsidionem tolerandam adigebantur. Priusquam vero haec gesta erant, Olynthii legatos Athenas miserunt, qui auxilium peterent: Demosthenes, ut mittantur copiae auxiliares, suadet, dissentiente Demade, de quo cfr. Suid., qui hoc: *κτήματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεὰν ἔλαβεν. οὗτος Δημοσθένει λέγοντι ὑπὲρ Ὀλυνθίων ἀντέλεγεν.* cfr. *Philochorum* in Attic. rer. lib. VI. ap. Dion. Halicarn. in ep. ad Amm. p. 735. R.

Hic enim narrat, Athenienses, societate cum Olynthiis juncta; bis mille pedites et triginta triremes misisse, quibus Charetem praeficerent. Postea vero, iterum missis Athenas legatis, Athenienses Charidemum octodecim triremes et militum quatuor millia, equites vero centum et quinquaginta ducere jussisse. Tertio denique quum Olynthii peterent, ut auxilium praeter eas copias, quas haberent, non ex peregrinis, sed e civibus Atheniensibus ferretur, populum alias triremes septendecim, civium vero armatorum millia duo equitesque trecentos, navibus impositos, Charete duce, misisse. Hinc patet, cur Demosthenes *ter* exstiterit et auxilium Olynthiis mitti voluerit. Accedit auctoritas Libanii, ex cujus prooemiis idem, quod Philochorus dicit, elucet, maxime ex init. arg. Ol. II. (III.): *ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς*, ita ut quibus argumentis olim mihi demonstrare videbar, orationes Olynthiacas tres uno tenore esse habitas, ea nunc facile corruere patiar; id quod p. 117. ed. pr. jam significavi. Nam Demosthenem ipsum videtur rerum male ab Atheniensibus gestarum poenituisse, ut earum mentionem opprimeret ut potius ad auxilia strenue ferenda

cives cohortaretur*). Atqui ab eo numero militum et navium, quem Philochor. habet, non multum discrepat orator noster de f. leg. p. 426, 10. §. 266. B.: μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακιςχιλίοις, οὐδὲν αὐτοὺς (sc. Ὀλυνθίους) τούτων ἠδυνήθη σῶσαι; (cfr. Voemel de Olynthi situ p. 17.). Ex quibus ipsis verbis intelligitur, opem Atheniensium omni caruisse fructu. Nam posteaquam Philippus urbibus Chalcidicis expugnatis Olynthum capere instituisset summamque expertus esset ipsorum Olynthiorum virtutem, perfidia eorum, ad quos summa rerum delata erat, hac urbe est potitus: quod quidem ex ipso Diod. Sic. (XVI, 53. ubi vid. Wessel.) cognoscere licet: τὸ δὲ τελευταῖον φθείρας χρήμασι τοὺς προεστηκότας τῶν Ὀλυνθίων Εὐθυκράτην τὲ καὶ Λασθένην, διὰ τούτων προδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἷλε. διαρπάσας δ' αὐτὴν, καὶ τοὺς ἐκνοικοῦντας ἐξανδραποδισάμενος, ἐλαφυροπώλησε. Cfr. Dem. Phil. III, 125. 6. sqq., unde patet, *Apollonidem*, qui improbaret consilia proditorum, a populo ejectum esse. Idem legitur p. 128, 8. Urbe Olyntho capta (Ol. 108, 1.), Philippus Olympicos diis ludos instituit (Ὀλύμπια ἐποίει). Dem. d. f. leg. 401, 13. Diod. S. XVI, 55. Ipsorum vero proditorum etsi alter Lasthenes aedes suas contexisset lignis dono allatis e Macedonia, et Euthycrates boves multos aluisset, pretio nemini numerato (Dem. d. f. leg. 426, 1. sq.), tamen misere a Philippo interemti sunt, Dem. d. Chers. p. 99, 23.: ἐπειδὴ τὴν πόλιν προὔδοσαν, πάντων κάκιστ' ἀπολώλασιν. coll. de Cor. 241, 25. —

Jam oritur quaestio subdifficilis de **ordine harum orationum**, quae Ol. 107, 4. (349. a. Chr.) archonte Callimacho sunt habitae. Nam Dionys. Hal. in ep. ad Amm. c. 4. Tom. VI. p. 725. R. eam, quae vulgo

*) Hanc rationem si sequamur, suspicio, quam de Philochori auctoritate Becker vers. vern. p. 97. sq. movit, evanescet. Vid. Rauchenstein in libello mox laudando p. 16—24.

secunda est, facit primam, quae vulgo tertia, secundam, et quae vulgo prima, tertiam; neque hac certe in re de fide et auctoritate hujus scriptoris derogaverit, qui perpendat, eodem duce Philippicam primam, quae vulgo post Olynthiacas ponitur, ante has collocari: quae quidem res et ipsa oratione et historia comprobatur. Jam quidni credamus, illum etiam has orationes recte disposuisse? Consentit *Tourrellus*, cujus verba adscribam: „Has ego orationes eodem ordine, „quo Dion. Halicarn. colloco; eique ipsa ratio suffra-„gatur. Namque initio ejus Olynthiacae, quam ego „primam facio, Orator Atheniensibus instat de foedere „cito cum Olynthiis ineundo; in duabus autem reliquis „id foedus initum supponit, inque id solum incumbit, „ut ostendat, quam necesse sit, quae ex eo tenebantur „facere, ut faciant. Consequentia cuivis facile pate-„bit*)." *Lucchesinius* vero vulgatam sequens rationem, ita disserit (Vol. II. p. 199. ed. Allen.): „Quae „prima nobis et alteri (Dionys. Hal.) tertia est, quam-„vis parum differat a secunda eique propemodum ge-„mina videatur, attamen non levia praefert indicia, „quibus natalis sui praerogativam ostendit. In ista enim „Demosthenes non solum cives inflammat ad ferendum „Olynthiis auxilium, sed monet, ut illuc legatos mit-„tant, qui hujus spe confirment animos metu fractos. „Quod consilium si Orator providus ac solertissimus „in tertiam concionem distulisset, ejus profecto pru-„dentia desideraretur. Deinde in hac ipsa oratione Phi-„lippi sordidos mores, illatasque tot tantisque gentibus „injurias singillatim recenset. At quam longe alienum „esset a clarissimi Oratoris sagacitate, si haec dicere „in prima concione praetermisisset, quae omnium ma-„xime ad causam faciunt? In secunda vero quid sibi „vult exordium calliditatis atque artis plenum, quo „ostendere conatur, plures adhuc virium nervos super-

---

*) Merito haec argumentatio displicet Rauchensteinio p. 7. sq.

„esse reipubl., nisi commotos priori sermone cives „fuisse ad opem ferendam, sed timere, ne, quum minus potentia valeant, id fieri possit? Tertia denique „suo loco dimoveri nequit; quippe parum isthic Orator „commoratur in suadenda opitulandi necessitate.“ Possint sane vera videri, quae Luc. adfert ad vulgatam harum oratt. collocationem defendendam; at si noster omni dicendi vi et argumentorum gravitate usus esset in oratione prima, num sperare potuit, fore, ut, si in secunda et tertia minus acriter disputaret, animi, quo vellet, perducerentur? Hinc jure videtur haec oratio postremum obtinere locum. Ex initio vero ejus orationis, quae secundum tenet locum, Luc. concludit, priori sermone jam commotos fuisse animos; at quum de singulari divino beneficio, de imbecillitate opum Philippi, de mente sociorum a principe alienata et ipsorum civium desidia exponat, inprimis animos audientium ad rem ipsam convertere vult. Illud Lucchesinio concedam, in orat. III. vulg. inesse, quae sumere nos jubeant, omnem hanc rem civibus non prorsus ignotam fuisse, sed quidni secundo loco ponamus cum Dionysio?

Jam vero nuper hanc rem, quam dudum sopitam in ed. pr. suscitaveram, tractavit *Rauchenstein* in libello acute scripto: de orationum Olynth. ordine. Lips. 1821., qui Dionysium sequitur, tamen hic illic cupidius disputans. Adversarium Vir doctus et ego nacti sumus A. G. *Beckerum* in vers. vern. I. p. 103—131. qui ordini vulgari patrocinans, tum auctoritate veterum Grammaticorum, tum argumentis ex ipsa indole orationum diligentissime conquisitis nititur. Quanquam statueram meum qualecunque judicium in his Prolegg. addere, tamen angustis hujus editionis finibus pressus summam rei attingam. Et hoc quidem apertum est, in singulis his orationibus multa consentire, quae ad Philippi mores, ad Olynthiorum conditionem et ad necessitatem rerum gerendarum spectant, ita ut certa or-

dinis vestigia inde vix repeti possint. Quamobrem videndum est, an sint probabilia, quibus rationem Dionysii, quem sequor, defendere liceat. Jam de ea oratione, quae vulgo tertio ponunt loco, non est, quod disputemus, nam sive hunc, sive tertium obtinet, certe non prima dicenda est; cfr. dicta ad argum. or. Olynth. secundae. Ceterum eo differt a reliquis duabus, quod in hac Dem. legem de pecunia theatrali abrogari vult (c. IV. p. 31. R.), exempla majorum fusius commendat (c. VII. p. 34.); et dicendi rationem habet aequabiliorem.

Sed inprimis quaeritur, utrum ea oratio, quae vulgo primam tenet sedem, tertia dici, et quae vulgo secundam, in primam ascendere possit. Etenim hanc propterea primam dixeris, quod c. I. §. 1. Dem. dicit: *τὸ πολεμήσοντας τῷ Φιλίππῳ γεγενῆσθαι*, deinde quod omnino res Philippi accuratius describuntur et perpenduntur (c. II. III. p. 19. 20. c. VII. p. 22.), quam in ea, quam nos tertiam dicimus c. IX. p. 15.; illud enim mihi magis primo quam tertio loco congruere videtur. Denique vero orationem vulgo primam his de causis in tertium locum rejiciendam censemus; primo: majus instat periculum, c. IV. fin. p. 12 R.: *εἰ Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλύον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται.* c. V. §. 4. p. 13.: *τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν;* Hinc dupplex auxilium mitti vult c. VI. §. 2. p. 14., quo et Olynthiorum urbes serventur, et Philippi fines occupentur. Secundo: multum valere videntur verba cap. VII. §. 1. p. 15. haec: *οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτὸν, ἀλλ', ὡς ἐπιὼν, ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα αναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται.* Nonne hinc vides, bellum jam geri et non demum suscipi? hoc ipsum sensit A. G. Becker l. l. p. 128. Sed putat, intelligendas esse urbes Chalcidicas: at nexus dissuadet, ex quo tantum Olynthus spectatur. Accedit, quod, quanquam

verba Olynth. III, 6, 4. *τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά;* referantur ad ea, quae praecedunt, *ἔστιν χρήματα ὑμῖν*, tamen orator respiciat pecuniam theatralem, de qua egerat in or. II. (vulg. III.) c. IV. Jam non probabile est, hanc rem tangi in orat. prima, latius vero exponi in tertia. Vid. Rauchenstein p. 38. sq.*).

---

*) Haec scripseram, quum *Westermannus* meus, Lips., juvenis eximius, qui hac de re litteris mecum egerat, hoc modo ordinem vulg. defenderet: „Huc primum spectat locus Or. I. (aliis III.) c. 6, 2. p. 14. R. *φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι κ. τ. λ.* Sermo est ibi de ultione a Philippo exigenda; jam quisque videt, ultionem nisi eum, qui integris adhuc utatur viribus, neminem petere posse. At si esset or. III. Philippus certe jam in eo fuisset, ut Olynthum expugnaret. Non igitur conveniret, Athenienses ut ulciscerentur, jubere, multo minus, ut qui crebris legationibus et expeditionibus exhausti jam et afflicti erant, duplicem rursus exercitum pararent. [Sed primo non de ultione, verum de impetu in Philippi fines agitur; dein, Atheniensium vires exhaustas fuisse, unde scimus? *Rüd.*] Porro or. I (III.) c. 2, 1. p. 10. *πρὸς τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει.* Quod quamvis Wolfio fictum videatur, tamen eo tantummodo tempore hujus rei mentionem injicere potuit orator, quo foedus cum Olynthiis Philippo fieri posse credibile erat, i. e. in procinctu sive belli initio, non autem rebus jam in discrimen adductis, quod or. III. denotat (?). Jacobsius quoque, Vir Cel., nostri ordinis adversarius paullum in illo loco haerebat p. 295. Eodem modo intelligenda sunt, quae leguntur or. I. (III.) c. I. fin. p. 10. *τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἡμετέραν ἀπουσίαν.* [Sed quid, si orator haec omnia tertio posuit loco; quo magis cives instigaret? *Rüd.*] Denique quae in or. I. et II. (III et I.) de Thessalis narrantur, pariter nostro ordini suffragantur. Legitur enim I, c. 7, 2. p. 15. *καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν:* coll. II, 5, 1. p. 21. *καὶ γὰρ νῦν εἰσιν ἐψηφισμένοι Παγασὰς ἀπαιτεῖν καὶ περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι.* Nimirum Thessalorum, qui lucri causa fere semper in bello stabant a potentioris parte, cum Olynthiis societas inita non alio tempore cogitari poterat, nisi quo magnam illi spem haberent, prosperum sibi, foedere praesertim cum Atheniensibus junctis, non defore successum. Qua spe elati, initio statim belli decreverunt, repetere Pagasas ac munire Magnesiam. Quum vero Philippi res prospere cederent, paullum perterriti non quidem statim incepto destitere, sed minus audacter περὶ

Haec pauca nunc habui, quae de hac re, iterum iterumque sub examen vocata, proponerem. Consentit Weiske de hyperb. III, p. 31—33; calami errores in hoc loco jam notavit Rauchenstein p. 52. — Ordinem vulgatum sequuti sunt *H. Wolf.*, *Lucches.*, *Auger.*, *Becker*, Dionysiacum *Mounten.*, *Jacobs.*, *J. Bekker* in min. ed. (nam in ed. maj. vulg.), *Rauchenstein.* Cfr. omnino A. G. Becker l. l. p. 109—111, qui enumerat editores, qui vel hanc vel illam tenent rationem.

Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι satis habebant. [At res, me judice, haec est. Thessali ante periculum majus λόγους ἐποιήσαντο, illo vero instante et Philippo longius progrediente — intra hoc tempus oratio, quam dico, secunda habetur — adeo κεκωλύκασι τειχίζειν. Ita illud prius factum putandum est, quam hoc. *Rüd.*] Rem summatim repetam. Libri et editiones tuentur ordinem vulgarem, Dionysius novum praecipit. Externorum argumentorum auctoritas, quae sane magna est, labefactatur internis, si quidem his ostendi potest, idoneas esse causas, cur orationem, quae vulgo prima dicitur, tertio ponamus loco. Qua in re cavendum, ne opinione praejudicata irretitus aliena in usum tuum convertas.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Γ (Α).

I. Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης· Ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ τῶν 6
1 ἐνοικούντων, τὸ γένος ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ἡ δὲ
Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι 7
τῆς Ὀλύνθου. Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν
Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ τε
εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων
ἐπῆρχεν· ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν.
2 Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύν-
θιοι ποιησάμενοι καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθη-
ναίους τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα παρὰ

I. §. 1. Θρᾴκης. Vid. Xen. H. G. V, 2, 12. Plin. IV, 11. Mel. II, 2. — ταύτῃ τῶν, R. τῶν ante ταύτῃ collocavit, quin ejus rei rationem redderet: ed. Ald. et cett. eam, quam dedi, exhibent collocationem. — Ἀθηναίων ἄποικ. Strab. X, p. 430. ed. Bas. (T. IV. p. 23. Tzsch.) haec habet: ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου, τρόπον τινὰ ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη, ἀμφότεραι δὲ (Eretriam intelligit) πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται. Cfr. Mannert Geogr. Graec. et Rom. VIII, p. 254. — πολλοὶ δὲ πόλεμοι, de his dictum in Prolegg., in quibus, ut hoc semel moneam, ea, quae ad hoc argumentum illustrandum pertinent, partim sunt exposita. — προῆλθε, vid. ad Lib. Vit. Dem. V, 1. et huj. argum. II, 3. — ἐπῆρχεν cum Bekk. dedi ex cod. Bav., vulg. ὑπερεῖχεν. Sed Olynthus non solum superior fuit ceteris civitatibus, quibuscum eandem habebat originem, sed omnia fere illius regionis loca in fidem et societatem receperat. De potentia hujus urbis vid. Prolegg. — Χαλκιδικόν. Strab. l. l. haec: ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ (πόλεις συνῴκισε), ἃς Φίλιππος διελυμήνατο.

§. 2. Τὸ κατ' ἀρχάς. Illud significatur tempus, quo Phil., Illyriis victis, Olynthiorum animos sibi conciliare studebat. Ol. 105, 3. — Ἀνθεμοῦντα, Steph Byz. s. h. v. et Plin. IV, 16. hanc

τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακε-
δόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων
ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν,
ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ
ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώ-
μην. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσ- 3
βεις πρὸς Ἀθηναίους κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλε-
μον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιπ-
πον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναί-
ους, κἂν ἄλλό τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος,
πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύ-
την λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς
ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγ-
κεν. Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοη- 4

Macedoniae fuisse urbem dicant; Dem. Phil. II. p. 70, 27. §. 20. Bekk.: Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς (Ὀλυνθίοις) ἠφίει, οὗ πάντες οἱ πρότερον Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντεποιοῦντο: unde patet, regum Macedoniae plurimum interfuisse, hanc tenere urbem, quae in confinio Macedoniae et Chalcidices sita erat. — Ποτίδαιαν, de hac urbe dictum est com. hist. ad Phil. I, 2, 2.; eandem rem Noster tangit, Olynth. I, 3, 1. et Phil. II. p. 70. ult. — ἐχόντων. Bodl. ἑλόντων. — πολλὴν τὴν αὔξησιν, nam eodem tempore Phil. potitus est Amphipoli, Pydna aliisque urbibus. — οὐ πιστήν, perfidiae Philipp. saepe ab ipso Demosthene incusatur. cfr. Olynth. I, 3, 2. vid. Valcken. orat. de Phil. p. 237. Weiske de hyperb. I, p. 47.

§. 3. Πρέσβεις. Hoc refero ad Ol. 106, 4. quo Philippus bello Thessalorum implicitus erat. Vid. com. hist. ad Lib. Vit. Dem. V, 3. Neque enim haec legatio cum ea, quae Ol. 105, 3. missa erat, confundi debet. — συνετέθειντο, lect. vulg. συνετέθειτο, Ald. utraq. συνετέθητο, sed Par. 5. 7. Aug. Bav. Obsop. edd. Fel. W. R. A. B. illam tuentur lectionem, quae ipsi nexui magis convenit. — σπείσασθαι, et de inductis intelligitur (cfr. Ammon. in σπονδαί) et de ipsa pace. Xenoph. H. G. II, 2, 12. περὶ εἰρήνης — ἀντέλεγον μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίοις. —

§. 4. Εἰς Ἀθήνας. Bodl. et Goth. πρὸς Ἀθηναίους. — συναγορεύει, idem legitur Vit. Dem. III, 5. cfr. de voce συνήγοροι ad init. Phil. I. — κελεύων. cfr. Olynth. III, 5, 4. 8, 2. — καί φησι. in Bodl. et Goth. ita collocata sunt verba: καὶ φ. τὴν σωτηρ. τῶν Ὀλ. ἀσφαλ. εἶναι τῶν Ἀθην. B. etiam εἶναι ante Ἀθ. collocat, notans, ita in T legi, in cett. vulg., sed vulgatam in-

θείας· οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων, οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, κἀκεῖ 8
ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. φησὶ δὲ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ, ὡς ὑπείληπται, θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

II. 1 Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμ-

---

veni in Ald. utraque, Lut., ceterisque edd. — *γένοιτο* scripsi nunc cum Bekk., qui subjicit, in *Ω*u*v* legi *γένηται*. Quae scriptura quanquam in Ald. utraque, in Par. 2. 3. 5. 7. legatur, et, Hermanno monente ad Vig. p, 831., recentiores et deterioris notae scriptores *εἰ* cum conjunctivo jungant, tamen soloecismum a Libanio, plerumque alias Atticismo adhaerente, alienum putavi. Matth. Gr. §. 525. b. ed. 2. *Schaefer*i difficilis electio. — *φησὶ δὲ δυσμάχητον — ὑπείληπται*, R. legit *δύσμαχον*, quod, monente A., nonnulli Codd. adjiciunt, sed illam formam ex utraque Ald. petitam ipse R. fatetur in Annott. recipiendam fuisse, quod fecerunt nov. edd. „Noster si oratorem pressius sequutus est, dedit *δύσμαχον*. Dem. p. 10, 9.“ [Olynth. III. 2, 1.] *Schaef.* Bekk. nuper idem, sed nuperrime *δυσμάχητον* revocavit. At pro *οὐχ, ὡς ὑπείληπται* lectio librorum *οὕτως*. Gonvill. *οὐχ ὡς οὕτως ὑπείλ.* Ald. Lessing. *ὡς ὑπείλ.* Cod. Y. addit *ὡς* ad *οὕτως*. U. *οὕτως γὰρ ὑπείλ.* Fel. *οὐχ ὡς*, idem W. et B., sed R. vulg. A. vero ita: *φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως, ὡς ὑπείληπται*, quod se ait emendasse partim de suo, partim ex libris fere universis, qui dent *οὕτως*. W. monet, eam quam A. dat, in exemplo Romano sive Florentino fuisse lectionem. At quum nullus Cod. *μὴ* offerat, hanc particulam ab iis profectam existimo, quibus negatio a Libanio non recte omissa videretur. Quod ipsum non male illi viderunt, si quidem lect. *οὕτως* retinetur, sed, hoc si fit, quorsum *οὕτως ὑπείληπται* spectat? Quid vero? si *δυσμάχητον* vocat orator Philippum, num *θαρσύνει ἐπ' αὐτὸν Ἀθην.*? Quae quum ita sint, lectionem Felic. — non enim est haec Wolfii conjectura, ut Bekk. existimare videtur — veram duco, hoc sensu: dicit sane, Philippum difficile vinci posse, sed non ita, ut putatum est, i. e. ut devinci plane non possit. Cfr. Olynth. III, 2, 1. coll. I, 8, 1.

II. §. 1. *Διείλεκται*, involvit notionem agendi apud populum. — *ποιῆσαι αὐτά*, ita haec collocavi cum Ald. utraque et W.,

βουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ
τὸ ἔθος οὐ πρόδηλόν ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη
σαφηνίσαι. Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' 2
αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων
καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο καί
που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶ-
τες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ
ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς, καὶ καταβαλόντα θέαν 3
ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυ-
πεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς
δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο· προῆλθε

Bodl. αὐτὰ ποιῆσαι, quod *R.* et B. recc. hic nuper mecum consentit. — *θεωρικῶν* „Haec pars in tertia (prima) Olynthiaca tractatur maxime. Sed vides, hanc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in universum ad omnes pertinere Olynthiacas.“ Wolf. Cf. ad Olynth. II, 4, 1. coll. III, 6, 4.

§. 2. *Ἰκρίων*. Hesych. haec s. h. v.: *καὶ τὰ ξύλινα οὕτως ἐλέγοντο Ἀθήνησιν, ἐφ' ὧν ἐθεον πρὸ τοῦ τὸ ἐν Διονύσῳ θέατρον γενέσθαι.* Phot. *ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας.* cfr. Hesych. v. *ἀγών* et *ἐπὶ Ληναίῳ*. — *τόπον*, ante hanc vocem multi Codd., monente Augerio, addunt *τόν*, sed abest a Par. 2. 3. Bav. Aug. edd. Ald. Fel. W. R. A. B. Verumtamen non magis eo opus est, quam in Schol. ad Aristoph. Pac. 876. T. I. p. 691. Dind. *οἱ γὰρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνουσιν ἑαυτοῖς τόπους*, quem locum adfert Schaef. Causam mutati theatri Suidas s *Πρατίνας* hanc fuisse refert: quum fabula ab Pratina composita ageretur (Ol. 70.), theatrum ligneum (*ἴκρια*) corruisse ideoque saxeum (*θέατρον*) esse aedificatum. — *που* inclinatum denotat rem vagam et incertam. Zeun. ad Vig. 416. Hoogev. p. 711. Cfr. Arg. Ol. II. (III.) §. 2. — *δύο ὀβολούς*. vide, quae de hac re dicentur ad Olynth. II, 4, 2. — *καταβαλ.*, persolvere, Dem. p. 712. ult. *ἐὰν δὲ μὴ καταβάλῃ τὸ ἀργύριον.* Ald. utraque cum nonnullis Codd. *βαλόντα*, sed praepos. *κατά* quum eodem, quo *καί*, ductu in libris exaretur, apparet, qui potuerit excidere.

§. 3. *Δοκῶσιν οἱ πένητες*. De conjunctivo post tempus praeteritum vid. ad Lib. Vit. Dem. IV, 4. Hesych. s. *θεωρικόν* theatrales pecunias suppeditatas fuisse dicit: *τοῦ καὶ τοὺς πένητας μετέχειν τῶν θεωριῶν.* — *λυπεῖσθαι*, incommodis premi. Dem. 1, 3, 23. *ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ.* Bekk., qui olim hanc vocem ante *τῷ ἀναλώματι* posuerat, vulgatam collocationem nunc restituit. — *τοσοῦτον*, pro hac voce in Par. 2. 3. 5. Bav. Aug. Obs. Bodl.

δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον,
4 ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. Ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν· πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον, τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἴκοι μένοντες διενέμοντο τὰ χρήματα· οὐκέτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναί τε αὐτὰ εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά.
5 Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμ-

τούτο legitur, quod B. rec.; sed, quum paulo post sequatur εἰς τοῦτο, ex confusione harum locutionum illa lectio orta videtur. — *εἰς τοῦτο*, Bekk. ex 𝔓 scripsit εἰς τοὺς τόπους, quod etiam in Bodl., sed sine τούς. A. vere notat: in multis Codd. post τοῦτο extare εἰς τοὺς τόπους. U. οὐχ ἕνεκα τούτου μόνον; hinc illud additamentum interpreti existimo deberi et omittendum esse.

§. 4. *Κατέστησαν.* Inservit καταστῆναι conditioni, in qua quis est, describendae. Xen. H. G. II, 3, 17. ὅπως αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ. De praepos. περί vid. ad Lib. Vit. Dem. I, 1. — *μισθόν*, vid. ad. Phil. I, 8, 2. — *ἑορταῖς*, Olynth. III, 6, 4. ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. — *νόμον ἔθεντο*, hinc jubet Dem. Olynth. II, 4, 1. ut legislatores eligantur iidem, qui legem de pecunia theatrali latam abrogent. „θεῖναι νόμον est legem ferre, θέσθαι νόμον, sancire. Hoc populus fecit, illud legislator Eubulus. τῷ θέσθαι contrarium est τὸ λῦσαι καὶ καταψηφίσασθαι, abrogare legem." *Wolf.* — *ἀπειλοῦντα*, Par. 5. 7. ἐπαπειλοῦντα. Bodl. et Goth. ἐπαπειλοῦντες: utrumque ex interpretamento natum videtur, etsi hoc, si plures addicerent libri, non spreverim. Plut. Sol. 8. legem commemorat, qua ei, qui de Salamine recuperanda verba faceret, *poena capitalis* proposita fuit. — *τε αὐτά*, dedi pro ταῦτα ex Codd. D. L. M. Y. Dd. et Ee. apud. A. et Bodl., in aliis τέ ταῦτα. Illud etiam A. et B. recc. Bekk. qui olim τε αὐτὰ dederat, nuper revocavit ταῦτα; non probo. Nam facilius hoc ex τε αὐτὰ quam τε αὐτὰ ex ταῦτα fluere potuit. Ceterum verba εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν desunt in Goth.

§. 5. *Εὐλαβῶς.* Hesych. εὐλάβεια expl. σεμνότης. Cautionem hanc intelliges ex ipsa or. Olynth. III, 6, 4. Vid. infra Arg. Ol. II. (III.) §. 2. — *ὑπερωτήσας.* A. ex Cod. U. ἐπερωτήσας, sed, Schaefero monente, est illud *prius interrogare*, vid. Eundem ad Schol. Ap. Rhod. p. 163. — *ὅτι*, hac partic. utuntur saepe Graeci in oratione directa, ad verba aliorum afferenda. Plat. Crit.

βουλῆς, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι „σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά;“ ἐπιφέρει, „μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.“ τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν. διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτοὺς στρατεύεσθαι καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥσπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν· τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναί φησι τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Α. (Β).

Προσήκαντο μὲν τὴν πρεσβείαν τῶν Ὀλυνθίων οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κεκρίκασι· μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον καὶ δεδιόσιν, ὡς δυσπολεμήτου τοῦ Φιλίππου, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ἐπι-

c. 12. Men. 74. C. bis. Orat. de Halones. 81, 20. Buttm. Gram. §. 136. p. 567. — τοσαῦτα recepi, sed in Ald. utraque, Par. 2. 3. Bav. Aug. ταῦτα; illud vel propterea verum puto, quod Noster Vit. Dem. II, 3. eadem utitur voce. — ξένων, et in orr. Phil. et Olynth. saepe hanc rem tangit. — φησί, in Ald. utraque, Fel. Bav. Aug. ἔφη legitur. Noster epitomator videtur verba Phil. I. c. 14, 2. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν in mente habuisse.

Προσήκαντο, Aoristum pr. med. hunc in pedestri oratione legi docet Buttm. Gr. ampl. I, p. 542. — μέλλειν περὶ τὴν ἔξοδ. dicuntur, qui *differunt expeditionem.* — δεδιόσιν, W. dedit δεδιόσιν, sed dativ. particip. concinnitati inserviens pertinet ad παρελθών: illis, qui metuunt, demit metum et confirmat populum. Post δυσπολεμήτου vulg. ὄντος addunt, sed haec vox deest Bav. Aug. 2. app. Frcf. Gonvill. Phil. I, 5, 3. similiter ὄντας interpositum vidimus: hinc eam tanquam spuriam expunxi. Quod Locker. habet δυσπολέμητον τὸν Φιλ. interpretamentum sapit; cf. Vig. 569. — παρελθών, W. post hanc vocem δὲ interseruit ad rationem eorum, qui δεδίασιν legunt. — ἀσθενῆ, vid. Olynth. I, 4, 3. - ὑποπτον, cf. ejusd. orat. 6, 1. — ἰδίαν, haec est lect. vulg., sed οἰκείαν, quod Codd. L. M. Dd. Ee. apud Auger. et Obsop. habent, receperat olim Bekk., nuper ἰδίαν scripsit, nuperrime vero οἰκείαν, quod ipsum videtur ex Olynth. I, 5, 3., quem locum Noster innuit, fluxisse. „Sane hae opes fuerunt Philippi ἴδιαι, sed ille πάντα τὰ ὑπὸ χεῖρα σφετερισάμενος habuit ἰδίας etiam alias, quae οἰκεῖαι ejus dici

δεικνὺς ὡς ἀσθενῆ τὰ τοῦ Μακεδόνος πράγματα. καὶ γὰρ τοῖς συμμάχοις ὕποπτον αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν οὐκ ἰσχυρόν· τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Β. (Γ).

1 *Ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι, καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς· καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηγγέλλετο. ὁ δὲ δῆμος περιχαρής, οἵ τε ῥήτορες παρακαλοῦντες ἐπὶ τιμωρίαν Φιλίππου· ὁ δὲ Δημοσθένης δεδοικώς, μὴ θαρσήσαντες, ὡς τὰ πάντα νενικηκότες καὶ ἱκανὴν βοήθειαν πεποιημένοι τοῖς Ὀλυνθίοις, τῶν λοιπῶν ὀλιγωρήσω-* 21
2 *σι. Διὰ τοῦτο παρελθὼν ἐπισκόπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν,*

---

non possent; de solis autem *οἰκείαις* h. l. agi, ostendunt quae sequuntur, *τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς*" *Schaef.* — *καθ' ἑαυτούς*, vid. Olynth. I, 6, 3.

§. 1. *Κατορθοῦν*, pro *κατορθῶσαι*, dicunt de re feliciter gesta. Thom. M.: *ἐπὶ πολέμου καὶ τῶν τοιούτων*. Pro *καί τι* in Ald. Tayl. *καί τι καὶ*, quod Schaef. verum putat, sed alterum *καί* videtur ex *κατορθοῦν* ortum esse. Ceterum vid. Proll. — *ὁ δὲ δῆμος*, Obsop. *τε*, quod A. recep. ex L. M. Dd. et Ee, Schaefero non improbante, sed sapit correctoris manum. Ald. Tayl. *ὅ τε δῆμος καὶ οἱ ῥήτ.* — *παρακαλοῦντες*, A. ex iisd. Codd. *παρακαλοῦσιν* scripsit, idem in Par. 5. Aug. 1., habet etiam Bekk. ex *Υ*, sed Noster amat participia; Vit. Dem. III, 2. Arg. Olynth. III (I), 1, 2. hinc cum R. vulgatam servavi. In iisdem Codd. et *Υ* apud Bekk. legitur mox: *δέδοικε τοίνυν ὁ Δημοσθένης* pro vulg. *ὁ δὲ Δ. δεδοικώς*. Illud Auger. et Bekk., probante Schaefero, receperunt. Sed Libanius videtur haec: *περιχαρής* — *παρακαλοῦντες* — *δεδοικὼς* de consulto scripsisse; hinc vulgatam tuitus sum. — *ὀλιγωρήσωσι*, iidem Codd. apud A. et *FΥ* apud Bekk. cum Bav. Obsop. Ald. Tayl. *ὀλιγωρήσουσι*; jam etsi post verba *timendi μὴ* cum futur. struatur, (Dem. de Class. 186, 23.), tamen hanc lectionem recipere dubitavi. —

§. 2. *Ἐπισκόπτει*, *praescindit*, cum Bav. Aug. I. Obs. Fel. W. R. B. scripsi, quanquam, teste Augerio, multi et opt. libri

καὶ πρὸς εὐλάβειαν σώφρονα τὴν γνώμην μεθίστησι, λέγων, οὐ περὶ τῆς Φιλίππου τιμωρίας νῦν αὐτοῖς εἶναι τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν συμμάχων σωτηρίας· οἶδε γάρ,
18 ὅτι καὶ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι πού τινες τοῦ μὲν μὴ τὰ οἰκεῖα προίεσθαι ποιοῦνται φροντίδα, περὶ δὲ τὸ τιμωρήσασθαι τοὺς ἐναντίους ἧττον σπουδάζουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ 3
καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων συμβουλῆς φανερώτερον ἅπτεται, καὶ ἀξιοῖ λυθῆναι τοὺς νόμους, τοὺς ἐπιθέντας ζημίαν τοῖς γράψασιν αὐτὰ γενέσθαι στρατιωτικά,

---

ἐπισκώπτει, quae est lect. vulg., exhibeant. Sed jam Obsop. monuit, ἐπισκέπτει magis quadrare sententiae; accedit, quod init. Olynth. II. (vulg. III.) *ridendi* vestigia frustra quaesiveris et, Schaefero auctore, haec verba passim confunduntur. *Jactantiam* (ἀλαζονείαν) perstringit Theophr. Charact. 23. — Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι, nam Athenienses, ut Amphipolin, et Thessali, si hos in mente habuit scriptor, ut libertatem a tyranno recuperarent, summo enitebantur studio. Quod paullo post pro περὶ τὸ — σπουδάζουσιν nonnulli libri habent: περὶ τοῦ — φροντίζουσιν, ex interpretamento enatum est. Phavor. σπουδάζω περί σε, ὅταν ἐπιμελοῦμαι περί σε πραγμάτων. Per τοὺς ἐναντίους eos intelligendos puto, qui invadant in jura sociorum. Versio enim Beckeri p. 167: „denn er war überzeugt, dass die Athenaeer so gut als andre Menschen, wenn sie einmal sorglos sich das Ihrige rauben lassen, weit weniger noch sich beeifern würden den Feind zu züchtigen" neque sensui verborum neque nexui congruit.

§. 3. Ἐν δὲ — λόγῳ, partic. δέ edd. Fel. et W. omittunt, sed sine idonea causa. Vid. Olynth. II, 4, 1. ubi agitur de pecunia theatrali. — φανερώτερον, sc. quam hoc factum erat in ea oratione, quam vulgo dicunt primam, Olynth. III. 6, 4.; sed de hac re dict. in Proleg. — γράψασιν, A. ex Codd. M. U. dedit γράψουσιν, quod ipsum in Aug. 1. Ald. Tayl., sed vulgatam retinuimus: „puniebatur, non qui scripturus esset, sed qui scripsisset" Schaef. — ἀδεὲς ᾖ, vulg. δειχθῇ nullum praebet sensum; in Bav. δείσῃ, hinc R. scripsit: ἵν' ἄδεια ᾖ τοῦ συμβ, quod A. recep., sed optime hunc locum sanavit Bekk. sive ex Codd., sive de suo: ἵν' ἀδεὲς ᾖ, quod recepimus: quae quidem lectio vel inde commendatur, quod τό non cum R. in τοῦ est mutandum. Probat Schaeferus. Bekk., qui nuper ἄδεια ᾖ τοῦ cum Reiskio dederat, nuperrime lectionem olim receptam recte restituit.

4 ἵν' ἀδεὲς ᾖ τὸ συμβουλεύειν τὰ βέλτιστα. Παραινεῖ δὲ καὶ ὅλως πρὸς τὸν τῶν προγόνων ζῆλον ἀναστῆναι καὶ στρατεύεσθαι σώμασιν οἰκείοις, καὶ ἐπιτιμήσει πολλῇ κέχρηται κατὰ τοῦ δήμου τε ὡς ἐκλελυμένου, καὶ τῶν δημαγωγῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς προϊσταμένων τῆς πόλεως.

---

§. 4. *Παραινεῖ δὲ καί*, cfr. Olynth. II, 8, 1. *καί* ante *ὅλως* abest ab Ald. utraque et Wolf., sed Auger. monet, addi a multis Codd., ipse vero omisit. Quum Bekk. nullam lectionis varietatem enotaverit, vocem illam retinui, cfr. init. §. 3. — *ἀναστῆναι*, ed. W. *ἀναστῆσαι*, sed, Augerio monente, omnes Codd. consentiunt in lect. vulgata. — *τε ὡς*, ita dedi cum Bekk. pro vulg. *τέως*; cfr. Arg. Olynth. III(I), 2, 4. ubi *τε αὐτά* pro *ταῦτα* scriptum est. — *ἐκλελυμ.*, cfr. Olynth. II, 10, 2. — *ὀρθῶς προϊσταμ.*, vid. ejusd. orat. 9, 3.

ARGUMENTUM*)

OLYNTHIACAE PRIMAE (vulg. II.).

Haec oratio *tribus* constat partibus:

Postquam *exorsus* est a singulari beneficio divino, quo occasio cum Philippo confligendi sit data (I.)

I. *Exponit* non de Philippi opibus, quas magis Atheniensium segnitie, quam sua opera sibi paraverit, sed de perfidia, qua in iis augendis sit versatus (II.): Athenienses, Olynthios, Thessalos aliosqus esse deceptos, ita ut, a quibus sint auctae illius vires, ab iisdem debeant infringi (III.); nam quae teneat, ea, quum injusto modo sibi arrogaverit, vel leni motu corruere (IV.). Interposita *adhortatione*, ut Athenienses Olynthiis opem ferant ac strenue suis rebus praesint, pergit *exponere*, Philippum neque sociis uti fidis neque opibus sat validis (V.), easque, nisi augeantur aliorum auxiliis, imbecilles esse. Studia enim ipsius et Macedonum diversissima esse, quippe qui ob illius summam honoris cupidinem commercio prohibeantur (VI.); eos autem, qui Philippi utantur consuetudine, vel rerum bellicarum peritos vel probitate ornatos amoveri, ceteros esse homines libidinosos; his regis opes niti fundamentis, ut facile corruant (VII.).

*) Hoc argumentum post hypotheses Libanii posuimus, ne harum series interrumperetur.

II. *Cavet*, ne deorum favore, quo gaudeant, abusi inferiores fiant Philippo (VIII.), quum tamen olim aliis praesidio fuerint, nec cunctando vel accusando tempus terant nec sperent fore, ut, quemadmodum res ipsorum delapsae sint, ita facile crescant (IX.).

III. *Rogat*, ut pecuniam conferant, ipsi stipendia faciant, nec quemquam in judicium vocent, nisi suis satisfecerint officiis; hinc enim fieri, ut res privatorum bene, res publicae male cedant (X.); ut ne privatis civitatem committant gubernandam, sed suum ius sibi vindicent.

Peroratio. Ergo quisque pro viribus saluti publicae consulat (XI.).

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α. (Β).

18 Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθη- I.
ναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανε- 1
ρὰν γιγνομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι· τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν

I. §. 1. Schol. vulgatum orr. Olynth. ordinem defendens monet: ἐν μὲν πρώτῳ ζητεῖται, εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις, ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται· ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν θεῶν εὐνοίας ἀποδείξεις παρασχών, ἐνταῦθα ὡς ὁμολογούμενον ἔλαβεν· κεφαλαῖον δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ἐπὶ πολὺ τὸ συμφέρον, ἐπ᾽ ὀλίγον δὲ τὸ δυνατόν, ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐναντίον. Qui vel non legerit has orationes, videbit, haec argutius esse disputata. In Aug. 2. haec oratio vocatur tertia. — ἐπὶ πολλῶν, Schol. dicit, hunc secundum locum esse exordiorum, quae ex subdivisione ducantur, orationis autem figuram sumtam esse ex indefinitae rei adjunctione (ἐξ ἀορίστου προςλήψεως). — θεῶν εὔνοιαν, deorum benevolentiam laudat c. 8, 2. Phil. I, 14, 1. Cicero saepe effert *fortunam* reip. Romanae, cfr. Catil. II, 13. III, 8. 9. — γιγνομένην dedi cum Bekk. et Schaef. ex Bav. Aug. 2., app. Frcfr. FΣ. Monac. γ. ε. et Dresd., „nam orator hoc praedicat ut rem fieri solitam, quae et antea facta sit, et nunc fiat, et post futura sit“ *Schaef.* Vid. Phil. I, 10, 1. 13, 1. Olynth. II, 2, 3. ibique dicta — τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας, similem infinitivi usum vid. Olynth. III, 2, 1. Cfr. Herm. ad Soph. Aj. 114. Pro πολεμήσοντας W. ex Fel. dedit πολεμήσαντας: sed, Auger. teste, libri dant futurum, idem in Hervag. 1., nam secunda facit cum Wolfio. *Exstitisse, qui bellare velint.* Minus recte nostrum locum Pinzger. intellexit apud Rauchenst. p. 54. Sed hunc ipsum vid. p. 25 sq. Ceterum vel ex hoc loco concludas, hanc orationem primum tenere locum; dissentit A. G. Becker in notis p. 195. — δύναμίν τινα, Schol. σύμμετρον καὶ μεγάλην: male Mount. pro καὶ scripsit οὐ, existimans per σύμμετρον significari modicum aliquid. Cfr. Olynth. II, 3, 2. De hac Olynthorum potentia dictum in Prolegg.

τινα κεκτημένους, καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργε-
2 σίᾳ. Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτούς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων, ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

II. 1 Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλιπ-

— διαλλαγάς, Hemsterh. ad Thom. M. p. 236. monet, διαλλ. proprie dici de pactis ineundis, quibus pax reconcilietur, καταλλαγάς, quod vide Olynth. III, 2, 1., de bello ponendo; ἀπίστους dicit eas, quoniam paullo ante Olynthii pacem fecerant cum Atheniensibus. — ἀνάστασιν, cfr. Olynth. III, 2, 2. ibique not.; substant. loco adjectivi, ut 8, 1. μεγάλη ῥοπὴ ἡ τύχη. Cfr. Soph. Antig. 529. ἀναστάσεις θρόνων. —

§. 2. Δόξομεν scripsi cum Bekk., qui nullam lectionis habet varietatem. Vulg. δόξωμεν. Jam liquet, post ὅπως μή et conjunctivum aor. 1. act. et med., et futurum strui posse, sed, ni fallor, hoc discrimine, ut conjunctivus *finem* et *consilium*, futurum vero *eventum* significet; nam in ὅπως inest vis relativa. Quae quum nostro loco valeat, δόξομεν verum puto, quod, nisi quid aliud, locus evincit c. V, §. 2. σκοπεῖσθε, ὅπως μὴ λόγους μόνον ἐροῦσι οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις. Bene de hac re disputat Engelhardt in Nott. critt. ad Dem. Olynth. Berol. 1828. p. 12 sqq., qui tamen ὅπως et ὅπως μή non satis distinxit. — αἰσχρῶν, i. q. αἰσχρόν τι. Olynth. III, 8, 3. τῶν ἀτοπωτάτων μέντ' ἂν εἴη. de Pac. II, 1. p. 57, 24. vid. Wolf. ad Lept. p. 217. — τόπων — προϊεμένους, particip. obtinet substantivi locum, hinc cum genit. struitur; vid. Hemsterh. ad Thom. M. 183. Hanc explicandi rationem, a Reiskio jam prolatam, solam probandam censet Schaef., Matthiam Gr. §. 332. ed. 2. Genitivos a verbo προΐεσθαι struentem refutat. Neque magis adsentior Grammatico Cl. §. 474., ubi dicit, substantivum τόπων eundem adsciscere casum, quem relativum (ὧν) habet. Mox τε post συμμάχων Bekk. nuperrime restituit.

II. §. 1. Προτρέπειν, Hesych. παρακαλεῖν. — οὐχὶ καλῶς, Schol. monet, veram causam, cur non de opibus exponat orator,

τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακε-
δόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων
ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν,
ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ
ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώ-
μην. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν, πέμψαντες πρέσ- 3
βεις πρὸς Ἀθηναίους κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλε-
μον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιπ-
πον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναί-
ους, κἂν ἄλλό τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος,
πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύ-
την λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς
ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγ-
κεν. Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοη- 4

Macedoniae fuisse urbem dicunt; Dem. Phil. II. p. 70, 27. §. 20. Bekk.: Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς (Ὀλυνθίοις) ἠφίει, οὗ πάντες οἱ πρότερον Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντεποιοῦντο: unde patet, regum Macedoniae plurimum interfuisse, hanc tenere urbem, quae in confinio Macedoniae et Chalcidices sita erat. — Ποτίδαιαν, de hac urbe dictum est com. hist. ad Phil. I, 2, 2.; eandem rem Noster tangit, Olynth. I, 3, 1. et Phil. II. p. 70. ult. — ἐχόντων. Bodl. ἑλόντων. — πολλὴν τὴν αὔξησιν, nam eodem tempore Phil. potitus est Amphipoli, Pydna aliisque urbibus. — οὐ πιστήν, perfidiae Philipp. saepe ab ipso Demosthene incusatur. cfr. Olynth. I, 5, 2. vid. Valcken. orat. de Phil. p. 237. Weiske de hyperb. I, p. 47.

§. 3. Πρέσβεις. Hoc refero ad Ol. 106, 4. quo Philippus bello Thessalorum implicitus erat. Vid. com. hist. ad Lib. Vit. Dem. V, 3. Neque enim haec legatio cum ea, quae Ol. 105, 3. missa erat, confundi debet. — συνετέθειντο, lect. vulg. συνετέθειτο, Ald. utraq. συνετέθητο, sed Par. 5. 7. Aug. Bav. Obsop. edd. Fel. W. R. A. B. illam tuentur lectionem, quae ipsi nexui magis convenit. — σπείσασθαι, et de induciis intelligitur (cfr. Ammon. in σπονδαί) et de ipsa pace. Xenoph. H. G. II, 2, 12. περὶ εἰρήνης — ἀντέλεγον μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίοις. —

§. 4. Εἰς Ἀθήνας. Bodl. et Goth. πρὸς Ἀθηναίους. — συναγορεύσει, idem legitur Vit. Dem. III, 5. cfr. de voce συνήγοροι ad init. Phil. I. — κελεύων. cfr. Olynth. III, 5, 4. 8, 2. — καὶ φησι. in Bodl. et Goth. ita collocata sunt verba: καὶ φ. τὴν σωτηρ. τῶν Ὀλ. ἀσφαλ. εἶναι τῶν Ἀθην. B. etiam εἶναι ante Ἀθ. collocat, notans, ita in T legi, in cett. vulg., sed vulgatam in-

θείας· οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων
τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφά-
λειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων,
οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθη-
ναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, κἀκεῖ 8
ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις
αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ.
φησὶ δὲ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ, ὡς ὑπείλη-
πται, θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

II. 1 Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμ-

---

veni in Ald. utraque, Lut., ceterisque edd. — *γένοιτο* scripsi nunc cum Bekk., qui subjicit, in *Ωυν* legi *γένηται*. Quae scriptura quanquam in Ald. utraque, in Par. 2. 3. 5. 7. legatur, et, Hermanno monente ad Vig. p, 831., recentiores et deterioris notae scriptores *εἰ* cum conjunctivo jungant, tamen soloecismum a Libanio, plerumque alias Atticismo adhaerente, alienum putavi. Matth. Gr. §. 525. b. ed. 2. *Schaeferi* difficilis electio. — *φησὶ δὲ δυςμάχητον — ὑπείληπται*, R. legit *δύσμαχον*, quod, monente A., nonnulli Codd. adjiciunt, sed illam formam ex utraque Ald. petitam ipse R. fatetur in Annott. recipiendam fuisse, quod fecerunt nov. edd. „Noster si oratorem pressius sequutus est, dedit *δύσμαχον*. Dem. p. 10, 9.“ [Olynth. III. 2, 1.] *Schaef.* Bekk. nuper idem, sed nuperrime *δυσμάχητον* revocavit. At pro *οὐχ, ὡς ὑπείληπται* lectio librorum *οὕτως*. Gonvill. *οὐχ ὡς οὕτως ὑπείλ.* Ald. Lessing. *ὡς ὑπείλ.* Cod. Y. addit *ὡς* ad *οὕτως*. U. *οὕτως γὰρ ὑπείλ.* Fel. *οὐχ ὡς*, idem W. et B., sed R. vulg. A. vero ita: *φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως, ὡς ὑπείληπται*, quod se ait emendasse partim de suo, partim ex libris fere universis, qui dent *οὕτως*. W. monet, eam quam A. dat, in exemplo Romano sive Florentino fuisse lectionem. At quum nullus Cod. *μὴ* offerat, hanc particulam ab iis profectam existimo, quibus negatio a Libanio non recte omissa videretur. Quod ipsum non male illi viderunt, si quidem lect. *οὕτως* retinetur, sed, hoc si fit, quorsum *οὕτως ὑπείληπται* spectat? Quid vero? si *δυσμάχητον* vocat orator Philippum, num *θαρσύνει ἐπ' αὐτὸν Ἀθην.*? Quae quum ita sint, lectionem Felic. — non enim est haec Wolfii conjectura, ut Bekk. existimare videtur — veram duco, hoc sensu: dicit sane, Philippum difficile vinci posse, sed non ita, ut putatum est, i. e. ut devinci plane non possit. Cfr. Olynth. III, 2, 1. coll. I, 8, 1.

II. §. 1. *Διείλεκται*, involvit notionem agendi apud populum. — *ποιῆσαι αὐτά*, ita haec collocavi cum Ald. utraque et W.,

βουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ
τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη
σαφηνίσαι. Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' 2
αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων
καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο καί
που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶ-
τες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ
ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολούς, καὶ καταβαλόντα θέαν 3
ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυ-
πεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς
δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο· προῆλθε

Bodl. αὐτὰ ποιῆσαι, quod R. et B. recc. hic nuper mecum consentit. — θεωρικῶν „Haec pars in tertia (prima) Olynthiaca tractatur maxime. Sed vides, hanc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in universum ad omnes pertinere Olynthiacas." Wolf. Cf. ad Olynth. II, 4, 1. coll. III, 6, 4.

§. 2. Ἰκρίων. Hesych. haec s. h. v.: καὶ τὰ ξύλινα οὕτως ἐλέγοντο Ἀθήνησιν, ἐφ' ὧν ἐθεον πρὸ τοῦ τὸ ἐν Διονύσῳ θέατρον γενέσθαι. Phot. ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας. cfr. Hesych. v. ἀγών et ἐπὶ Ληναίῳ. — τόπον, ante hanc vocem multi Codd., monente Augerio, addunt τόν, sed abest a Par. 2. 3. Bav. Aug. edd. Ald. Fel. W. R. A. B. Verumtamen non magis eo opus est, quam in Schol. ad Aristoph. Pac. 876. T. I. p. 691. Dind. οἱ γὰρ θέλοντες θεωρεῖν προκαταλαμβάνουσιν ἑαυτοῖς τόπους, quem locum adfert Schaef. Causam mutati theatri Suidas s Πρατίνας hanc fuisse refert: quum fabula ab Pratina composita ageretur (Ol. 70.), theatrum ligneum (ἴκρια) corruisse ideoque saxeum (θέατρον) esse aedificatum. — που inclinatum denotat rem vagam et incertam. Zeun. ad Vig. 416. Hoogev. p. 711. Cfr. Arg. Ol. II. (III.) §. 2. — δύο ὀβολούς. vide, quae de hac re dicentur ad Olynth. II, 4, 2. — καταβαλ., persolvere, Dem. p. 712. ult. ἐὰν δὲ μὴ καταβάλῃ τὸ ἀργύριον. Ald. utraque cum nonnullis Codd. βαλόντα, sed praepos. κατά quum eodem, quo καί, ductu in libris exaretur, apparet, qui potuerit excidere.

§. 3. Δοκῶσιν οἱ πένητες. De conjunctivo post tempus praeteritum vid. ad Lib. Vit. Dem. IV, 4. Hesych. s. θεωρικόν theatrales pecunias suppeditatas fuisse dicit: τοῦ καὶ τοὺς πένητας μετέχειν τῶν θεωριῶν. — λυπεῖσθαι, incommodis premi. Dem. 113, 23, ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ. Bekk., qui olim hanc vocem ante τῷ ἀναλώματι posuerat, vulgatam collocationem nunc restituit. — τοσοῦτον, pro hac voce in Par. 2. 3. 5. Bav. Aug. Obs. Bodl.

δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον,
Demosthenem plus polliceri, quam praestet, nam de recuperandis amissis nihil dicere. Sed utriusque membri idem est sensus, ut *status rerum emendetur;* eodem pertinent quae Noster c. 7, 3. dicit: *δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι νομίζοντες, ἢ τὸ προσκρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων.* Sentit mecum Schaeferus.

II. §. 1. *Εἰδώς* cum partic. *ὄν*, ut §. 3. et Phil. II. p. 77, 25. *Φίλιππος οὐκ ἀγνοεῖ ταῦτα οὐ δίκαια λέγων;* alia exempla [illegible]ide apud Matth. Gr. §. 548. De Genitivo *λυσιτελούντων* vid. Oly[illegible]th. I, 1, 2. III, 8, 3. *quam maxime expedire.* — *τοῖς τολμῶσιν*, notat et impudentiam dicentium et Atheniensium levitatem. — *ἀποκνεῖν* dicuntur, qui cunctanter aliquid faciunt. Thuc. III, 20. *ἀπώκνησάν πως, τὸν κίνδυνον μέγαν ἡγησάμενοι.* Dem. in Tim[illegible]cr. 702, 4. *ἃ καὶ λέγειν ἂν τις ὀκνήσειεν εὖ φρονῶν.*

§. 2. *Τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πραγμ. ταραττ.* Hanc verbor[illegible]m collocationem ex Aug. 1. Harl. ΣΥ Goth. et Dresd. cum R. et B. adscivi, vulgatam *ταραττ. πραγμ.* Auger. et Beck. revocarunt. De ipsa hac expeditione Euboeensi vid. com. hist. ad. h. l. — *μόν*[illegible]*ος καὶ πρῶτος*, proverbialis dicendi ratio saepe apud Graecos ob[illegible]ia, *ego inprimis.* d. f. leg. 438, 6. *καὶ μόνος καὶ πρῶτος ἰδὼν ὅτι* [illegible]*οι-νὸς ἐχθρὸς ἐκεῖνός ἐστιν.* Vid. Fritzsche Quaest. Luc. p. 12. H[illegible]inc Weisk. d. hyp. II, 39. hanc locutionem in numero nimie dictór[illegible]um habet. Dem. manet in ardore dicens *διεσπάσθην*, ut in Aristog. II. p. 806, 2. *προαιρεῖται λοιδορεῖσθαι καὶ μέμφεσθαι καὶ διασπᾶσθ*[illegible]*αι.* Vid. Orvill. ad Char. p. 389. De *λήμμασι* vid. ad Olynth. I, 10, 2. — *προσόφλειν*, (Bekk. nescio utrum e codd., *προσοφλεῖν*) [illegible]c-cessit ad ignominiam, quam reportabant, pecuniae jactura. C[illegible]d. Obsop. *προσοφείλειν.* „Hoc vero apud Atticos proprie ad debit[illegible]m

ἐπειθόν τινες ὑμᾶς, τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πραγμάτων ταραττομένων, βοηθεῖν Πλουτάρχῳ καὶ πόλεμον ἄδοξον καὶ δαπανηρὸν ἄρασθαι, πρῶτος καὶ μόνος παρελθὼν ἀντεῖπον, καὶ μονονοὺ διεσπάσθην ὑπὸ τῶν ἐπὶ μικροῖς λήμμασι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑμᾶς ἁμαρτάνειν πεισάντων· καὶ χρόνου βραχέος διελθόντος μετὰ τοῦ προσόφλειν αἰσχύνην καὶ παθεῖν οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν ὑπὸ τούτων, οἷς ἐβοήθησαν, πάντες ὑμεῖς ἔγνωτε τήν τε τῶν ταῦτα πεισάντων κακίαν καὶ τὸν τὰ βέλτιστα
εἰρηκότα ἐμέ. Πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 3
κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας, κακὰ δ' ἐργαζόμενον τὰ μέγιστα τὴν πόλιν καὶ τὰ παρ' ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα, παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς οὐδεμιᾶς ἕνεκα οὔτ' ἔχθρας οὔτε συκοφαντίας ἰδίας, ὡς ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ἔργων
γέγονε δῆλον. Καὶ οὐκέτ' ἐν τούτοις αἰτιάσομαι 4

---

pertinet, illud ad judicium et mulctam." *Beck.* cfr. c. 3, 1. — ὄντων emphasin habet et vim articuli amplificat. Bremi Obss. p. 89. laudat de Chers. 104, 5. *ἀνοήτατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων* coll. Phil. II, 69, 23. — ἔγνωτε, Par. 5. 7. Aug. 1. app. Francf. Dresd. et *β.* *ἐγνώκατε.*

§. 3. *Νεοπτόλεμον*, Neoptolemus, quem Noster et alibi inter proditores numerat, celeber suae aetatis tragoedus *sub praetextu suae artis impune* in Macedoniam profectus erat: Athenienses vero commoti erant ad legatos mittendos (d. f. leg. 344, 21.) *ὑπ' Ἀριστοδήμου καὶ Νεοπτολέμου καὶ Κτησιφῶντος.* Vid. Diod. Sic. XVI, 92. ibiq. Wessel. — *τὰ παρ' ὑμῖν — πρυτανεύοντα*, W. mavult *παρ' ὑμῶν*, quod reperitur in Bav. et *α.*, sed nihil mutandum; nam *τὰ παρ' ὑμῖν* sunt *ea, quae apud vos geruntur.* Vox *πρυτανεύειν* favoris et curae notionem sibi adjunctam habet. Vid. Harpocr. et Hesych. s. v. Noster de Rhod. lib. p. 191, 15. *ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας Μαύσωλος.* — *ἕνεκα οὔτ' ἔχθρας*, Bekk. e *Σ* ita edidit: *οὔτ' ἔχθρας οὔτε συκοφαντίας ἕνεκεν.*

§. 4. *Οὐκέτι, Non aeque, non ita*, vid. hujus or. 4, 2. et Xen. Cyr. I, 5, 8. *ὅ τι μέντοι προσεκτήσαντο τοιοῦτοι ὄντες, ἢ τῷ τῶν Περσῶν κοινῷ ἀγαθὸν ἢ αὐτοῖς, τοῦτο οὐκέτι δύναμαι κατιδεῖν.* Discrimen inter hanc vocem et *οὔπω* vid. apud Thom. M. p. 664. *οὐκέτι ἀναιρεῖ τὸ μέλλον, οὔπω τὸ ἐνεστώς*; hinc illud plerumque

τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας — οὐδὲ εἷς γὰρ ἦν —, ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς· εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεᾶσθε, ἀλλὰ μὴ περὶ σωτηρίας καὶ κοινῶν πραγμάτων ἦν ὁ λόγος, οὐκ ἂν οὕτως οὔτ' ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν ἠκούσατε.

III. Καίτοι τοῦτό γε ὑμᾶς οἶμαι νῦν ἅπαντας ᾐσθῆ-
1 σθαι, ὅτι τὴν τότ' ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποι-
ήσατο ὑπὲρ τοῦ τἀκεῖ χρήματ' ὀφειλόμενα, ὡς ἔφη, 59
κομίσας δεῦρο λειτουργεῖν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πλεῖ-

---

cum futuro, hoc cum praesenti struitur. — *οὐδὲ εἷς*, *ne unus quidem*, sed ipse pro se dicebat. Eandem locutionem vid. huj. or. 6, 3. Buttm. Gr. ampl. I, 281. Hiatum Graeci admiserunt, ut ne cum *οὐδεὶς* confunderetur, sed interdum evitarunt accedente particula vel praepositione, quam interponebant. Vid. ad c. 4, 1. et *οὐδενῶν* Olynth. I, 6, 4. — *αὐτοὺς ὑμᾶς*, haec collocatio vulg., quam omnes edd., excepto R., tuentur, qui ex paucis libris scripsit *ὑμᾶς αὐτούς*: illam etiam Schol. agnoscit, cfr. ad Phil. I, 7, 2. — *εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεᾶσθε — ἠκούσατε*, ad *Διονύσου* vel *ἑορτῇ* vel *ἱερῷ* supplendum. De Dionysiis vid. a Phil. I, 1[illegible] 1. *ἐθεᾶσθε* dedi ex Par. 7. 8. Aug. 1. 2. app. Frcfr. FΣ [illegible] Reisk. Beckio et Bekk. *si vidissetis*; vid Schaeferi notam ad Oly[illegible] II, 5. fin. Vulg. *ἐθεάσασθε*. Cum iisdem edd. ex Par. 2. 5. 7 — 8. Aug. 1. app. Frcf. Harl. *α. β. ΣΤΩ ἠκούσατε* scriptum vi[illegible] Wolf. et Aug. vulgatam *ἠκούετε* tuiti sunt. Artic. *ὁ* ante *λόγος* [illegible] est ab Ald. Fel. Mau. W. A. et Beck., sed quum certa innu[illegible] oratio, cum Bekk. retinui. Sensus: si vidissetis fabulam ne[illegible] oratio fuisset habita de rebus maximis, eum non benevolent[illegible] me non infestius audissetis.

III. §. 1. *Οἶμαι νῦν ἅπαντας ᾐσθῆσθαι.* Cum Beckio d[illegible] *οἶμαι* pro lect. *οἴομαι* apud R. et B., sed hic ipse nunc *οἶμαι*. *λειτουργεῖν*, Ulp. *εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι*, munus aliqu[illegible] pro suis facultatibus obire (*λειτουργίαι ἐγκύκλιοι*). Olynth. I, 11[illegible] ibique dicta. Lex. Seg. p. 250. *Ammon.* d. diff. vocc. p. 89. Val *Wolf.* ad Lept. LXXXVII, *Boekh.* Staatshaush. d. Ath. I, 320. maxime p. 480 sqq. Nominativus *κομίσας* infinitivo adjectus [illegible] quia idem subjectum in eo latet, quod in *ἐποιήσατο*. Matth. §. 536. Recte Schaefer. commatis signum post *λειτουργεῖν* p[illegible] vult, ut quae sequuntur *καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ* cum antecedentib[illegible] nectantur. Verum *καὶ* non verterim *etiam* sed *et hoc quidem s*[illegible] *mone usus.* Matth. Gr. §. 470, 6. — *ἐγκαλεῖ*, Lept. 468, 21. *ἔχοντες ἐγκαλέσαι καὶ τὶ μεμφόμενοι*; — *οὐσίαν φανεράν*, ha[illegible] terrenis possessionibus constabat. Harpocr. s. *ἀφανὴς οὐσία*. Scha[illegible]

τῷ χρησάμενος, ὡς δεινὸν, εἴ τις ἐγκαλεῖ τοῖς ἐκεῖ-
θεν ἐνθάδε τὰς εὐπορίας ἄγουσιν, ἐπειδὴ διὰ τὴν
ἰρήνην ἀδείας ἔτυχεν, ἣν ἐνθάδ' ἐκέκτητο οὐσίαν
φανερὰν, ταύτην ἐξαργυρίσας πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγων
ᾤχετο. Δύο μὲν δὴ ταῦτα, ὧν προεῖπον ἐγὼ, μαρ- 2
τυρεῖ τοῖς τότε γεγενημένοις λόγοις, ὀρθῶς καὶ δι-
καίως, οἷά περ ἦν, ἀποφανθέντα ὑπ' ἐμοῦ· τρίτον
ἰ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — καὶ μόνον ἓν τοῦτ' εἰ-
πὼν ἔτι καὶ δὴ περὶ ὧν παρελήλυθα ἐρῶ —, ἡνίκα
τοὺς ὅρκους τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἀπειληφότες ἥκο-
μεν οἱ πρέσβεις, τότε Θεσπιάς τινῶν καὶ Πλαταιὰς
ὑπισχνουμένων οἰκισθήσεσθαι, καὶ τοὺς μὲν Φωκέας
τὸν Φίλιππον, ἂν γένηται κύριος, σώσειν, τὴν δὲ

---

udat Anecd. Bekk. 468, 23. ἀφανὴς οὐσία λέγεται ἡ ἐν χρήμασι
καὶ σώμασι καὶ σκεύεσι, φανερὰ δὲ ἡ ἔγγειος. — ἀπάγων i. e. se-
cum abduxit pecuniam quam ὑπὲρ τῆς οὐσίας φανερᾶς acceperat.

§. 2. *Τοῖς τότε γεγενημέν. λόγ.* Angerius ita explicat:
*haec duo ex his, quae ego dixi prius, recte et juste, qualia
erant, a me enunciata, testantur in gratiam orationum tunc
habitarum.* — καὶ μόνον — ἐρῶ, haec verba recte Reisk. et
Schaef. pro parenthesi habent, neque hujusmodi signa damnem
cum Buttm. Gr. ampl. I, 72. Bekk. pleno interpunxit post ἐρῶ,
...ndorf. commate. *Μόνος εἷς* saepe Graeci jungunt, exempla
...l. apud Schaef. mel. crit. p. 19. Aesch. in Ctes. p. 532. fin. πρὶν
...ὲ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημοσθένην. Wolf.
Lept. 303. Porro καὶ δὴ dedi e melioribus Reiskii et Bekkeri
...ris, vulg. καὶ δὴ καί, sed illud idem quod ἤδη; vid. Phil. I, 4, 4.
ἥκομεν οἱ πρέσβεις, innuitur secunda legatio, de qua et ab
...schine et a Dem. orationes sunt habitae. Juraverat Phil., se
...m Atheniensibus et eorum sociis, exceptis Phocensibus et Allen-
...us, pacem facturum. Phil. II, 72, 28. ἐγὼ γεγονυίας ἤδη τῆς εἰ-
...ης ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἥκων πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους,
...θόμενος φενακιζομένην τὴν πόλιν, προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην,
... οὐκ εἴων προέσθαι Πύλας καὶ Φωκέας. — Θεσπιάς τινῶν καὶ
...λατ. ὑπισχν., tangit Aeschinem, qui conditiones, quas clam a
...ilippo acceperat, redux factus Atheniensibus aperuerat: horum
...um intererat, ut Thespiae et Plataeae, quas Thebani post pugnam
...uctricam destruxerant, restituerentur. Dem. d. f. leg. 375, 6.
...τος (Αἰσχίνης) μὲν γὰρ ἔφη Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν τειχιεῖν,
...l. de Megap. 208, 18. Bekk. edid. Θεσπιάς τινων, equidem reti-
...i scripturam vulgatam, quum τινῶν suam hoc loco vim habeat,

Θηβαίων πόλιν διοικιεῖν, καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ὑπάρξειν, καὶ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ἀποδοθήσεσθαι, καὶ τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμούς, οἷς ὑπαχθέντες ὑμεῖς οὔτε συμφερόντως οὔτ' ἴσως οὔτε καλῶς προεῖσθε Φωκέας, οὐδὲν τούτων οὔτ' ἐξαπατήσας οὔτε σιγήσας ἐγὼ φανήσομαι, ἀλλὰ προειπὼν ὑμῖν, ὡς εὖ οἶδ' ὅτι μνημονεύετε, ὅτι ταῦτα οὔτε οἶδα οὔτε προσδοκῶ, νομίζω δὲ τὸν λέγοντα ληρεῖν.

IV. Ταῦτα τοίνυν ἅπανθ', ὅσα φαίνομαι βέλτιον
1 τῶν ἄλλων προορῶν, οὐδ' εἰς μίαν, ὦ ἄνδρες Ἀθη-

---

quanquam non cum Hermanno d. em. rat. gr. gr. p. 72. contendam, τινῶν nunquam posse inclinari; vid. quae monuit Buttm. Gr. ampl. I, 65. not. — διοικιεῖν, haud dubie haec vera lectio est, quum Ald. P. Manut. W. διοικεῖν dederint; sed ι saepe omittitur, ut in πολεμίου et παριόντες. Harpocrat. nostram vocem ita expl. διαιρήσασθαι, ὥστε μὴ ἐν ταὐτῷ πάντας οἰκεῖν. — Ὠρωπόν, vid. de hac urbe ad c. 5, 2. — Εὔβοιαν; pace cum Atheniensibus facta, Philipp. imposuerat tyrannos: de Cherson. 99, 1. coll. d. f. leg. 445, 25. ὁρμητήρια ἐφ' ἡμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προσκατασκευάζεται, cujus rei et alias mentio fit. — φενακισμούς, quid sit φενάκη, vid. ad Olynth. I, 3, 2. hic accusativus pendet a ποιούντων, quod ex ὑπισχν. eruendum, nec, quod R. proponit, προτεινόντων addendum. — ὑπαχθέντες — οὔτε καλῶς, Bekk. e Σ edid. ἐπαχθέντες: has voces inter se permutari vidimus Olynth. II, 10, 3. Discrimen hoc mihi esse videtur: ἐπάγειν, aperte aliquem quo deducere stimulando, impellendo, ὑπάγειν, aliquem inscium vel invitum, non sine dolo. Orvill. ad Char. p. 226. Jam quum haec notio huic loco sit accommodata, lectionem vulgatam praetuli; cfr. in Phorm. 955, 15. ὑπὸ τῶν τούτου ὑποσχέσεων ὑπάγεσθαι φῇ, ubi nulla est lectionis varietas. Porro ex eodem cod. Bekkerus dedit συμφόρως, quod etiam in Cod. α. inveni; sensu non differt; vid. Thom. M. p. 820. Pro οὔτε R. dedit de suo οὐδέ, monens ἴσως esse *fortassis*, (imo i. q. δικαίως Olynth. II, 8, 3.) sed nec Beck. neque B. illius conjecturam approbarunt. — ὡς εὖ οἶδ' ὅτι, non assentior Bekkero, qui ex cod. Σ εὖ omisit: omitti quidem potest, ut Phil. II, 72, 25. (vid. ad h. l. Bremi Obss. p. 89.) 73, 11. sed nostro l. codicum auctoritate servatur; idem statuit Engelh. ad h. l. Vid. Amersfoordt ad or. de Symm. in Schaef. App. cr. T. I. p. 735 sqq.

IV. §. 1. Ἅπανθ' cum Reisk. et Bekk. ex app. Frcfr. ΣΥ et Bodl. dedi, vulg. πάντα. — οὐδ' εἰς μίαν fortius negat quam οὐδεμίαν,

ναῖοι, οὔτε δεινότητα οὔτε ἀλαζονείαν ἐπανοίσω,
οὐδὲ προσποιήσομαι δι' οὐδὲν ἄλλο γιγνώσκειν καὶ
προαισθάνεσθαι, πλὴν δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω, δύο·
ἓν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' εὐτυχίαν, ἣν συμπά-
σης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος καὶ
σοφίας ὁρῶ κρατοῦσαν, ἕτερον δὲ, ὅτι προῖκα τὰ
πράγματα κρίνω καὶ λογίζομαι, καὶ οὐδὲν λῆμμ' ἂν
οὐδεὶς ἔχοι πρὸς οἷς ἐγὼ πεπολίτευμαι καὶ λέγω δεῖ-
ξαι προσηρτημένον. Ὀρθὸν οὖν, ὅ τι ἂν ποτε ἀπ' 2
αὐτῶν ὑπάρχῃ τῶν πραγμάτων, τὸ συμφέρον φαί-
νεταί μοι. ὅταν δ' ἐπὶ θάτερα, ὥσπερ εἰς τρυτάνην,
ἀργύριον προσενέγκῃς, οἴχεται φέρον καὶ καθείλκυκε
τὸν λογισμὸν ἐφ' αὑτὸ, καὶ οὐκ ἂν ἔτ' ὀρθῶς οὐδ'

---

ita οὐδὲ καθ' ἓν in Mid. 552, 13. et Aristog. I. p. 778, 24. Vid. Buttmann. ad Plat. Alcibiad. I, c. 18, n. 6. — ἐπανοίσω, tene notionem hujus et sequentis futuri, quo *consilium* exprimitur. Herm. ad Vig. p. 747. Nos similiter verbo auxiliari *wollen* utimur. Quae verba praecedunt οὔτε δεινότητα οὔτε ἀλαζονείαν (de hac vid. Bekk. Anecd. 243, 20.), ea diversi generis esse facile animadvertis, ita, ut ad unam notionem „solertia, quam jactem" referri debeant. H. Wolf. ita vertit: nequaquam singulari meae prudentiae adscribam neque arroganter praedicabo. Mox signum commatis post εἴπω cum Reisk. et Schaef. posui; nam ἃ ἂν εἴπω explicatur per δύο. — λῆμμ' ἂν οὐδείς, ita haec verba in cod. α et Bekk. in Σ collocata repperit, vulg. οὐδεὶς ἄν. — πρὸς οἷς — προςηρτημένον, nullus dixerit, lucrum adhaesisse meae rationi remp. gubernandi i. e. me lucro ductum remp. gubernasse. Schol. προςκεκολλημένον ἐμοί. De praepos. πρὸς c. dat. vid. ad Phil. I, 9, 3.

§. 2. Ἀπ' αὐτῶν ὑπάρχ. τῶν πραγμ. Commodum publicum, quod ex ipso rerum statu proficiscetur, ego perspectum habeo. — ὥσπερ εἰς τρυτάνην, Par. 8. ὡσπερεὶ ἐπὶ τρυτ., quod rec. A., in Farrag. Wolf. et Ald. Tayl. ὥσπερ ἐπὶ τρυτ., quod Beck. habet, sed vulgatam cum B., qui nullam lectionis discrepantiam notavit, tuitus sum; nam hoc ἐπὶ ex praecedenti ortum videtur. „Mihi ἐπὶ probatur. In talibus enim comparationibus non memini praepositionem legere variatam." *Schaefer.* Mox recte Reisk. φέρον ad τὸν λογισμὸν refert: *mentem secum aufert.* — καθείλκυκε ex Bav. FΣ cum Bekk. dedi; melius convenit praesenti οἴχεται, quam vulg. καθείλκυσε. Haec vox dicitur et de navibus, quae in mare dimittuntur, et de *lance*, quae detrahitur. Noster suam castitatem et integritatem laudat de Cor. p. 324, 8. quem locum *Ja-*

ὑγιῶς ὁ τοῦτο ποιήσας περὶ οὐδενὸς ἂν λογίσαιτο.
3 Ἓν μὲν οὖν ἔγωγε πρῶτον ὑπάρχειν φημὶ δεῖν, ὅπως εἴτε σύνταξιν εἴτε συμμάχους εἴτ᾽ ἄλλο [τι] βούλεταί τις κατασκευάζειν τῇ πόλει, τὴν ὑπάρχουσαν εἰρήνην μὴ λύων τοῦτο ποιήσει, οὐχ ὡς θαυμαστὴν οὐδ᾽ ὡς ἀξίαν οὖσαν ὑμῶν· ἀλλ᾽ ὁποία τίς ποτ᾽ ἐστὶν αὕτη, μὴ γενέσθαι μᾶλλον εἶχε τοῖς πράγμασι καιρὸν ἢ γεγενημένην νῦν δι᾽ ἡμᾶς λυθῆναι· πολλὰ γὰρ προείμεθα, ὧν ὑπαρχόντων τότ᾽ ἂν ἦ νῦν
4 ἀσφαλέστερος καὶ ῥᾴων ἦν ἡμῖν ὁ πόλεμος. Δεύτε-

---

cobs. attulit. Contra Demosthenem Dinarchus p. 20. (§. 28. Bekk.) μισθωτὸς οὗτός ἐστι παλαιός, coll. p. 33. (§. 41.) — οὐκ ἂν ἔτ᾽ dedi ex Cod. *α.* cum B., vulg. οὐκέτ᾽ ἄν. De duplici ἂν vid. Herm. ad Vig. p. 814. nam quod Bekk. ex FΣ ἂν ante λογίσαιτο omisit, non probo.

§. 3. Ἓν μὲν οὖν. „Hactenus ἡ παρασκευή, qua fidem atque auctoritatem sibi praestruxit orator, integritatis ac prudentiae nomine.“ *Doan.* ἓν πρῶτον conjunctum vides ut εἷς μόνος, εἷς τις, εἷς ἕκαστος, εἷς οὐδείς, *unum idque primum*, cui opponitur δεύτερον. — εἴτε συμμάχους εἴτε σύνταξιν, ita haec verba cum Bekkero ex Aug. 1. app. Frcfr. Harl. FΣ collocavi, vulg. εἴτε σύντ. εἴτε συμμ. Harpocration de altera harum vocum haec habet: ἔλεγον ἑκάστους φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. Paullo post τί, quod in Aug. 1. app. Frcfr. Harl. *α. β.* et Σ deest, uncis inclusi Schaefero improbante. Fritzsche Quaest. Luc. p. 94. hanc vocem damnandam censet. — εἰρήνην, causam pacis ipse indicat Dem. de Cor. 231, 16. coll. p. 236, 7. vid. Prolegg. — ποιήσει scripsi ex Aug. 1. Harl. *α.* et *β.* ΣΤ, idem Bekk., probat Schaef. Vulg. ποιήσῃ, quod Beckius praetulit. Vid. ad Olynth. I, 1, 2. — ὁποία τίς ποτ᾽ dedi ex cod. *α.* et Σ cum Bekkero; compara ὁποῖ᾽ ἄττα Olynth. II, 10, 5. III, 9. Vulg. τίς. — μᾶλλον εἶχε — καιρόν, majorem utilitatem et opportunitatem hoc praebuisset rebus i. e. civitati nostrae, si pax non esset facta. Thuc. I, 42. ἡ τελευταία χάρις καιρὸν ἔχουσα (beneficium opportune collatum), ubi Schol. εὐκαιρῶς γενομένη. — γεγενημένην, ita ΣΤ, vulg. γεγενημένη, quod Bekk. et Jacobs. Sed verborum structura accusativum requirit et facile ν ob seq. νῦν delitescere potuit. W. R. A. B. eodem modo. Mox δι᾽ ἡμᾶς dedi ex Bav. ΣF cum Bekk., quod et ipsum Schaefero placet, cui tamen supra ὑμῶν in ἡμῶν mutanti non adsentior. Usque ad hunc locum lectt. varr. ex Codd. *α.* et *β.* in margine ed. Lut. enotatas habui.

§. 4. Προεξέμεθα. Hanc lect. recepi ex Par. 2. 5. 6. eund.

ρον δὲ, ὁρᾶν ὅπως μὴ προαξόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς συνεληλυθότας τούτους καὶ φάσκοντας Ἀμφικτύονας νῦν εἶναι εἰς ἀνάγκην καὶ πρόφασιν κοινοῦ πολέμου πρὸς ἡμᾶς.

Ἐγὼ γάρ, εἰ γένοιθ' ἡμῖν πρὸς Φίλιππον πά- V.
λιν πόλεμος δι' Ἀμφίπολιν ἢ τι τοιοῦτον ἔγκλημα 1
ἴδιον, οὗ μὴ μετέχουσι Θετταλοὶ μηδ' Ἀργεῖοι μηδὲ Θηβαῖοι, οὐκ ἂν ἡμῖν οἴομαι τούτων οὐδένα πολε-

---

B. e ΣF. Vulg. προαξώμεθα. Bremius etiam Obss. p. 75. προαξόμεθα probat. *Doun.* confert Xenoph. [d. Off. Mag. Equ. c. 5. §. 15.] τοῦτο γὰρ τοὺς πολεμίους προάγεται ἀφυλακτοῦντας μᾶλλον ἁμαρτάνειν, haec res *elicit* hostes; adde initium orat. de Chers. — φάσκοντας Ἀμφικτ. εἶναι, „Amphictyonum concilium Athenienses illud non reputabant, a quo Philippus in amplissimo illo auctoritatis et honoris gradu collocatus fuerat.“ *Lucches.* Cf. dicta ad c. 6, 2. κωλύομεν et d. f, leg. 446, 6. Mentem Oratoris acerbam facile odoreris. — ἡμᾶς, hoc ex Aug. 1. et Weimar. recc. Beck. et B.; ipse etiam nexus commendat. Vulg. ὑμᾶς, quod miror Bekkerum in nuperrima editione restituisse, quum ipsum προαξόμεθα non admittat pronomen secundum; loci enim sequ. cap. §. 1. πόλεμος πρὸς ὑμᾶς αὐτοῖς est diversa a nostro ratio.

§. 1. Ἔγκλημα, Olynth. III, 2, 4. — πρὶν ἀκοῦσαι cum V.
Bekkero scripsi ex Ald. Tayl. Aug. 1. ΣΤ; vulg. πρὶν ἂν ἀκούσῃ. Jam quum, Elmslejo ad Eur. Med. 215. monente, πρὶν ἂν cum conjunctivo nonnisi praecedente enunciato negativo ponatur, nostro etiam loco πρὶν ἂν ἀκούσῃ ferri potest, sed in eadem formula saepe infinitivus sequitur, quem h. l. e melioribus libris adscivi. Infinitivus rem, quae fieri possit, simpliciter innuit, conjunctivus certam proponit legem, e qua id, quod praecedit, pendet. Vid. Matth. Gr. §. 522. p. 1011. ed. sec. et Engelhardtum ad h. l. — Θηβαίους, de vetere odio Atheniensium et Thebanor. vid. ad Olynth. III, 8, 3. — οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσι, vid. 6, 2. et Olynth. II, 3, 3. ἐχόντων ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν. Ad verba χαρίζ. Φιλ. cf. de Cor. 240, 10. οἱ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. — φήσειε, in Aug. 1. et Harl. est φήσει, quod olim Bekk. receperat, sed nunc vulgatam, quam olim dederam, restituit; locus differt ab Olynth. II, 7, 4. εἰ δέ τι πταίσει, ubi addere oblitus sum vulgatam esse πταίσειε. — ἀναισθήτους, Noster de Cor. 237, 14. τῆς βαρύτητος Θηβαίων facit mentionem. cfr. Horat. Epp. II, 1, 244. Corn. Nep. Alcib. c. 7. — ὑμᾶς αὐτοῖς, in multis libris est αὐτούς; sed quum ὑμᾶς (Schaef. mavult ἡμᾶς) singulari careat vi, non est, quod lect. vulg. mutetur. —

μῆσαι καὶ πάντων ἥκιστα (καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι) Θηβαίους, οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσιν ἡμῖν οὐδ᾽ ὡς οὐκ ἂν χαρίζοιντο Φιλίππῳ, ἀλλ᾽ ἴσασιν ἀκριβῶς, εἰ καὶ πάνυ φήσειέ τις αὐτοὺς ἀναισθήτους εἶναι, ὅτι, εἰ γενήσεται πόλεμος πρὸς 61
ὑμᾶς αὐτοῖς, τὰ μὲν κακὰ πάνθ᾽ ἕξουσιν αὐτοί, τοῖς δ᾽ ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἕτερος καθεδεῖται· οὔκουν προεῖντ᾽ ἂν ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο, μὴ κοινῆς τῆς ἀρχῆς
2 καὶ τῆς αἰτίας οὔσης τοῦ πολέμου. Οὐδέ γε εἰ πάλιν

τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν, Schol. ἔφεδρος, ἐλπίζων, παραμένων, gladiator tertiarius, qui post pugnam aliorum ducum cum victore congrediebatur. Orv. ad Char. p. 436. hinc ἐφεδρεύειν, observare tempus, dum eo uti possis. de Chers. p. 100, 9. οὔκουν βούλεται τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς τὴν παρ᾽ ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν, non vult vestra libertate suis rebus insidias parari. Conf. ἐφορμεῖν τοῖς καιροῖς Olynth. II, 3, 2. *Auger.* putat, h. l. innui Lacedaemonios, qui exspectabant Thebanorum interitum, quo ipsi crescerent. Intelligo per ἕτερον ipsum Philippum. Vid. A. G. Becker p. 245. — προεῖντ᾽ ἄν, vulg. πρόειντο ἄν. Optativum aor. requiri patet; quem etsi Graeci in verbis τίθημι et ἵημι saepe ad modum verborum barytonorum formabant, tamen Bekkerus h. l., Phil. II, 67, 21. 68, 27. de Cor. 311, 27. dedit formam per ει; Schaefero οι placet. Sed quum in omnibus his locis vulg. πρόεισθε vel πρόειντο legatur, nonnulli vero codices πρόοιντο vel πρόοισθε habeant, haec librariorum, illa genuina lectio videtur. Buttm. Gr. ampl. I, 558 sq. Matth. Gr. §. 213. 3. 4. In Thucydide Poppo (I, 1, 228.) formam οι majorem dicit habere auctoritatem.

§. 2. *Οὐδέ γε*, *Neque vero etiam*, ut huj. or. 6, 3. similiter καὶ-γὲ Olynth. II, 414. De *Oropo* vid. quae supra ad Lib. Vit. Dem. III, 1. diximus; adde, Themisonem hanc urbem Ol. 103. 3. cepisse. Dem. de Cor. 259, 10. Diod. Sic. XVI, 76. ibiq. Wesseling. Jam Athenienses eam fidei Thebanorum permiserant, huj. or. 7, 2. coll. pro Megapol. 206, 24., qui eam restituere nolebant. Oratoris mens est, e privatis controversiis nullum imminere periculum belli communis. — ἂν οἶμαι — βοηθεῖν, R. et B. olim οἴομαι, sed hic nunc οἶμαι. Ἂν infinitivo praes. et aor. junctum vim habet potentialem (vid. ad Phil. I, 4, 4.). *Sperat* fore ut sint, qui rebus urgentibus opem ferant, sed *contendit*, neutris ad injurias aliis inferendas socios praesto futuros. Facile vides infinitivorum discrimen. Si vero ἂν futuro additur, rei probabilitatem extollit. Wolf. ad Lept. p. 343. Schaef. ad Greg. Cor. p. 66. Poppo ad Thuc. I, 1, 138. Pinzger ad Lyc. in Leocr. p. 236.

πρὸς τοὺς Θηβαίους πολεμήσαιμεν δι' Ὠρωπὸν ἢ τι τῶν ἰδίων, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς παθεῖν ἡγοῦμαι· καὶ γὰρ ἡμῖν κἀκείνοις τοὺς βοηθήσοντας ἂν οἶμαι, εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηθεῖν, οὐ συνεπιστρατεύσειν οὐδετέροις. Καὶ γὰρ αἱ συμμαχίαι τοῦτον 3
ἔχουσι τὸν τρόπον, ὧν καὶ φροντίσειεν ἄν τις, καὶ τὸ πρᾶγμα φύσει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἄχρι τῆς ἴσης ἕκαστός ἐστιν εὔνους οὔθ' ἡμῖν, οὔτε Θηβαίοις, ὥστε εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ σῶς μὲν εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο ἕνεκα ἑαυτῶν, κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους δεσπότας ὑπάρχειν αὐτῶν οὐδὲ εἷς.

Τί οὖν ἡγοῦμαι φοβερόν, καὶ τί φυλάξασθαι VI.
φημὶ δεῖν ἡμᾶς; ὅπως μὴ κοινὴν πρόφασιν καὶ κοινὸν 1
ἔγκλημα ὁ μέλλων πόλεμος πρὸς ἅπαντας λάβῃ. Εἰ 2

---

§. 3. *Ὧν καὶ φροντίσειεν*, Ald. W. A. et Beck. pro ὧν habent ὄν, sed Obsop. e suo Cod. vulgatam restituit, quae in Bav. Aug. 3. Ald. Lessing. Harl. aliisque reperitur. Eandem R. (non ὄν, ut Beckius monet) et B. dederunt, quos sequutus ita locum interpretor: haec est ratio societatum etiam *erga eos socios*, quos quis maxime diligat. — *ἄχρι τῆς ἴσης* — *ὥστε εἶναι*, prima verba A. et Jacobs. interpr. *ex aequo*, pariter. Pro ὥστε εἶναι Reisk. probabiliter conjecerat σῶς τε, idque olim Bekk. receperat. Auger. dedit ὥστε σῶς τε εἶναι, consentit Buttm. ad Plat. Dial. IV. p. 207. Schaeferus arbitratur, Oratorem dedisse ὥστε σῶς τε βούλεσθαι εἶναι. Sed librorum auctoritas omnino obstat: equidem vulgatam defendo. Sunt enim duo ennnciata, alterum simplex εἶναι καὶ κρατεῖν, alterum amplificatum σῶς εἶναι καὶ κρατήσαντας δεσπότας ὑπάρχειν. In illo dicit: nemo vult, *nos esse* et *imperare* (i. e. nos ita esse, ut imperemus), in hoc: omnes vero volunt, nos *salvos esse, quin domini imperemus.* Itaque mihi melior etiam sensus ex vulgata procedere videtur, quam Beckius et nunc Bekkerus servarunt. Pro *ἅπαντες* Bekk. e *ΣΥ* dedit πάντες, in cett. vulgata, quam retinui, et pro *ἕνεκα ἑαυτῶν* e *Σ* ἕνεχ' αὐτῶν, Reisk. et Beck. ex Par. 8. ἕνεκά γε ἑαυτῶν, idem in *Υ*. Vulgatam cum Augerio praetuli, item c. 6, 6.

§. 1. *Δεῖν ἡμᾶς*, Hanc lectionem ex Bav. et F, in quo utroque superscripta est, R. et B. dedere. Vulg. ὑμᾶς Aug. et Beck. sed illam sensus requirit. VI.

§. 2. *Ὅσοι γε δὴ — φρονοῦσι*. Particc. γὲ δή, quae absunt ab Aug. 1. 3. Bav. *ΣΥF*, append. Francf. et Harl., omisit B.; verum

γὰρ Ἀργεῖοι μὲν καὶ Μεσσήνιοι καὶ Μεγαλοπολῖται καί τινες τῶν λοιπῶν Πελοποννησίων, ὅσοι γε δὴ τὰ αὐτὰ τούτοις φρονοῦσι, διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν ἐχθρῶς σχήσουσι καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων, Θηβαῖοι δὲ ἔχουσι μέν, ὥς λέγουσιν, ἀπεχθῶς, ἔτι δὲ ἐχθροτέρως σχήσουσιν, ὅτι τοὺς παρ' ἐκείνων φεύγοντας σώζομεν καὶ πάντα τρόπον τὴν δυσμένειαν

---

sua vi non carent, *sane quidem* i. e. non sunt pauci. „Vix credam a librariis addita esse, *nempe quotquot.*" *Schaef.* „Tum duae factiones erant in Peloponneso, pars cum Lacedaemoniis sentiebant, plerique contra." *Doun.* Inter hos populi antea laudati referendi sunt, qui metuebant, ne foedere Atheniensium et Lacedaemoniorum icto, in horum redigerentur potestatem. — ἐπικηρυκείαν, Harpocrat. hanc vocem ita interpret. τὸ περὶ φιλίας καὶ διαλλαγῶν κήρυκας πέμπειν. eodem modo Bekk. Anecd. 243, 26. Sed quae sit legatio intelligenda, dubium. Nam neque cum Dounaeo ad locum Lept. 472, 26., qui ad Ol. 96, 2. spectat, provocandum neque cum Lucchesinio ad legationem post Leuctricam pugnam Ol. 102, 4. Locus ipse testatur, tempus praesens innui. — ἐκδέχεσθαι, Harpocrat. παρ' ἑτέρου λαβόντα αὐτὸν ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον, i. e. hoc loco, *suscipere* res Lacedaemoniorum et sibi vindicare. Schaeferus ἐκείνοις refert ad Lacedaemoniorum hostes et locum interpretatur: *captare occasionem aliquid rerum ab illis contra Lacedaemonios gestarum nostrum in usum convertendi.* Sed vereor, ut recte. Nam ἐκείνοις refero ad ipsos Lacedaemonios, ita: rerum a Lacedaemoniis gestarum aliquid nobis vindicare. Cfr. §. 3. τῶν ἐκείνοις πεπονημένων τὴν δόξαν. — παρ' ἐκείνων φεύγοντας. „Coronei veriti, ne sibi id a Thebanis accideret, quod Ol. 104, 1. Orchomeniis, qui ab iisdem victi, nullâ mora Thebas fuerant in servitutem abducti, Athenas confugerunt atque humaniter excepti sunt." *Lucches.* Cfr. Dem. d. f. leg. 375, 12. — Φωκέων φυγάδας, vid. ad Liban. Arg. 1, 3. Diod. S. XVI, 60. monet, jussum fuisse, ut exsules Phocensium piaculares habeantur, quos ex omni loco retrahere cuivis liceat: hos recipiebant Athenienses. de Cor. p. 230, ult. — κωλύομεν, nam Athenienses nullos miserant legatos ad conventum Amphictyonum. d. f. leg. p. 380, 18. — ὀργιζόμενοι, vulg. ὀργιζόμενος, sed illam lect. ex Ald. Tayl. Aug. 1. 2. append. Francf. Υ cum R. A. Beck. B. recepi. — δόγματα προστησάμενοι, decreta Amphictyonum praetexentes. „προΐστασθαι, collocare aliquem ante se, pone tergum ejus se abdere." R. Nam bellum erat pium, horum auctoritate susceptum. — πέρα τοῦ συμφέρ., quod in Par. 2. 3. 7. Ald. Tayl. Aug. 2. leg

νδεικνύμεθ' αὐτοῖς, Θετταλοὶ δ', ὅτι τοὺς Φωκέων
υγάδας σώζομεν, Φίλιππος δὲ, ὅτι κωλύομεν αὐ-
ὸν κοινωνεῖν τῆς Ἀμφικτυονίας, φοβοῦμαι μὴ πάν-
ες, περὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος, ὀργιζόμενοι, κοινὸν
φ' ἡμᾶς ἀγάγωσι τὸν πόλεμον, τὰ τῶν Ἀμφικτυό-
ων δόγματα προστησάμενοι, εἶτ' ἐπισπασθῶσιν
καστοι πέρα τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς ἡμῖν πολε-
ῆσαι, ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας. Ἴστε γὰρ δήπου 3
οὐθ', ὅτι νῦν Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος καὶ Θετταλοὶ
ὐχὶ ταὐτὰ ἕκαστοι μάλιστα ἐσπουδακότες, ταὐτὰ
άντες ἔπραξαν· οἷον Θηβαῖοι τὸν μὲν Φίλιππον
αρελθεῖν καὶ λαβεῖν τὰς παρόδους οὐκ ἠδύναντο
ωλῦσαι, οὐδέ γε τῶν αὐτοῖς πεπονημένων ὕστατον
λθόντα τὴν δόξαν ἔχειν. Νυνὶ γὰρ Θηβαίοις πρὸς 4

---

ar περὶ τοῦ, nisi ex seq. περὶ ex interpretamento enatum videtur. — περὶ Φωκέας, nam Boeoti, Locrenses, Thessali magnos sumtus in oc bellum Phocense impenderant. Ceterum non est, quod cum . et A. γέγονε subintelligamus; nam refertur ad ἐπισπασθῶσιν.

§. 3. Ἕκαστοι μάλιστα collocavi ex Aug. 1. Harl. ΣΥ cum ekkero; vulg. μάλιστα ἕκαστοι. *Philippus* cum Thessalis parabat hebanis opes, *Thebani* cum Thessalis augebant gloriam Philippi, *hessali* et Philippi et Thebanorum rebus prospiciebant; cfr. §. 6. φήσετε ἕκαστον πολλὰ προηγμένον ὧν οὐδὲν ἐβούλετο πρᾶξαι. — τὰς αρόδους οὐκ ἠδύναντο, non solum Thermopylas intelligit Strab. IX. p. 655. Almel. τὴν μὲν οὖν πάροδον Πύλας καλοῦσι), d etiam ceteras angustias. Phil. III. p. 119, 14. κύριος δὲ τῶν λῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστί. — ὕστατον ἐλ-θόντα. „Thebani gravissimam partem belli Phocensis [πεπονημέ-ν] sustinuerant: bellum affecerant, hostem profligaverant, cum ilippus imperator accedens, delectus ab Amphictyonibus, belli afecti tulit gloriam.“ *Doun.*

§. 4. Θηβαίοις — πέπρακται. Res prospere gesta i. e. uit Thebanis; vid. Olynth. I, 2, 1. ἡμῖν πεπρᾶχθαι. In nonnullis ris et edd. (W. A.) ἔχειν καὶ κεκομίσθαι legitur, sed pri- verba ex interpretamento orta dicas. Similem praepositionis ὸς usum vid. Olynth. III, 2, 1. πρὸς τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ πράτ-θαι: quas intelligat h. l. regiones, ipse statim dicit. — οὐδὲν αὐτοῖς, nisi ille venisset, non sperare licuit Thebanis, fore, illa oppida recuperarent. W. et A. πεπραγμένον suppleri volunt, πλέον interponi; sed jam Bekk. monuit, nullo opus esse supple-nto. — ταῦτα δ' οὐκ ἐβούλοντο, ut Philippus per Thermo-

μὲν τὸ τὴν χώραν κεκομίσθαι κάλλιστα πέπρακται, πρὸς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν αἴσχιστα· εἰ γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι. ταῦτα δ' οὐκ ἠβούλοντο, ἀλλὰ τῷ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν λαβεῖν ἐπιθυμεῖν, μὴ δύνασθαι δέ, πάντα ταῦθ' ὑπέμειναν. Φίλιππον τοίνυν τινὲς μὲν δήπου τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐς ἠβούλετο Θηβαίοις Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν παραδοῦναι, ἀλλ' ἠναγκάσθη· ἐγὼ δὲ τούτοις μὲν ἐρρῶσθαι λέγω, ἐκεῖνο δὲ οἶδ',

---

pylas intraret et gloriam belli finiti ille reportaret. Dedi ex Aug. 1. et plerisque Bekkeri codd. cum hoc ipso ἠβούλοντο, idem §. 6. Videtur enim augmentum temporale in hoc verbo apud Dem. ubique restituendum. Vulg. ἐβούλοντο. — *τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν*, vid. ad Lib. Arg. 1, 1. et d. f. leg. 375, 11. τὸν δὲ Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν προσεξηνδραπόδισται. et p. 385, 4. ἔστι Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὅσην ἠβούλοντο. De Coronea vid. Steph. Byz. s. v. — *πάντα ταῦθ'* ex Aug. 1. Harl. ΣΥ cum Bekk.; vulg. ταῦτα πάνθ'.

§. 5. *Φίλιππον τοίνυν.* „At enim Thebani non sunt amici Philippo, non enim libens illis concessit Orchomenum et Coroneam, sed invitus: itaque ei nullam ferent opem contra nos, si postulet.“ *Doun.* — *οὐκ ἠβούλετο*, Bekk. ex uno cod. v dedit ἐβούλετο, quod jam Reisk. vel sine libris recte in ἠβούλετο mutaverat. Porro οὐκ ante hanc vocem, pro quo Bekk. e ΣF οὐδ' olim et nuperrime (nam nuper in ed. maj. οὐκ) cum Schaefero retinui. — *ἐρρῶσθαι*, Hesych. ὑγιαίνειν, eod. modo ut χαίρειν, *aliquid missum facere*, hos jubeo valere, non enim impulsus ab aliquo hoc fecit Phil., sed ut gloriam sibi pararet; d. f. leg. 419, 12. ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ. quem locum innui videmus in Bekk. Anecd. 243, 29. ubi per κατεγνωκὼς explicatur. — *οὐ μᾶλλόν γε ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ — εἰληφέναι*, interpp. hunc locum male cepere. Reisk. „minus huic rei studuisse, quam ut.“ Jacobs. et A. G. Becker „ich weiss, dass ihm nichts so sehr am Herzen lag.“ Sensus est: *non magis* (ut Latini, vid. Ramshorn Gr. lat. p. 305. nos: eben so sehr) *hoc ei cordi fuisse*, *quam* etc. In lectione ἔμελεν omnes Bekk. libri consentiunt. Sed quum Reisk. Aldinas in lectt. varr. non satis distinxerit, addam. Ald. 1. habet ἔμελλεν et paullo post ἢ τὸ τάς; eod. mod. Hervag. 1. et Lutet.; sed Ald. 2. ἔμελων (?) ἢ τάς; eandem lect. praebent Hervag. 2. et Fel. nisi quod utraq. haec ἔμελεν. Artic. τὸ, qui etiam abest ab Aug. 1. ΣΥ, unde unde ortus sit, vel propterea ferri nequit, quod λαβεῖν non solum ad τὰς παρόδους (potiri angustiis), sed etiam ad

ι φῦ μᾶλλόν γε ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ, ἢ τὰς παρόδους
θεῖν ἠβούλετο καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δο-
ν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι, καὶ τὰ Πύθια θεῖ-
ι δι' ἑαυτοῦ· καὶ ταῦτ' ἦν, ὧν μάλιστ' ἐγλίχετο.
ιτταλοὶ δέ γε οὐδέτερ' ἠβούλοντο τούτων, οὔτε 6
βαίους οὔτε τὸν Φίλιππον μέγαν γίγνεσθαι —
ῦτα γὰρ πάντα ἐφ' ἑαυτοὺς ἡγοῦντο εἶναι —, τῆς
υλαίας δ' ἐπεθύμουν καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς, πλεο-
κτημάτων δυοῖν, κύριοι γενέσθαι· τῷ δὲ τούτων

———

δόξαν (nancisci gloriam) refertur. Ita in Eur. Phoen. 977. τι-
ναι et ad νόστον (parare reditum) et ad κλεινὰς Θήβας (reddere
ebas inclytas) pertinet. Ἠβούλετο dedi ex Aug. 1. et plerisque
k. codd. cum hoc ipso; vulg. ἐβούλετο. Τοῦ πολέμου τοῦ
κεῖν est attractio pro τοῦ δοκεῖν τὸν πόλεμον εἰληφέναι, Wolfio
te interpretante. Locus simillimus Olynth. I, 2, 2. τούτων οὐχὶ
ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, non enim cum Diudorf. Praef.
II. τοῦ λέγειν in suspicionem vocandum. Adde G. T. A. Krügeri
aest. lat. ling. III. p. 151 sq. Δι' αὐτὸν dedi ex Ald. P. Man.
A.; nam subjectum ad κρίσιν εἰληφ. est πόλεμον. Vulg. et apud
Beck. B. αὐτόν. Sensus: *ipso interveniente*, ita differt a δι' ἑαυ-
. Schaef. meam rationem probavit. — Πύθια θεῖναι, Pythii
i Amphictyonibus commissi erant, in quorum numerum quum
et Phil. receptus, (Phil. III. p. 119, 11.) τίθησι μὲν τὰ Πύθια,
κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, i. e. *instituit*. coll. Diod. S. XVI,
— γλίχεται, Hesych. ἐπιθυμεῖ, bene *Doun*. „misere cupere."
m. d. f. leg. 411, 24. τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς γλιχομένοις — ἀπαντᾶν.
cum nostrum innuit Suid. s. γλίχεται, nisi quod μάλιστα omisit,
n Bekk. Anecd. 131, 1.

§. 6. Ἠβούλοντο cum R. et cett. edd. ex Harl. Ald. Tayl.
end. Francf. et plerisque Bekk. codd. — γίγνεσθαι, lect. vulg.
έσθαι, illud cum B. ex Par. 7. 8. Aug. 1. Bav. FΣ et Dresd.
ctioni vulgatae favet id, quod infra legitur κύριοι γενέσθαι, sed
ebani et Philippus potentiam *jam* nacti (γίγνεσθαι), Thessali sua
nmoda *nondum* adepti erant (γενέσθαι). Ex Aug. 1. Harl. ΣΓ
ead. cum B. scripsi ταῦτα γὰρ πάντα, vulg. πάντα γὰρ ταῦτα.
il. II, 67, 2. quem locum Schaefer. laudat, lectio ipsa dubia est.
τῆς Πυλαίας, Harpocrat.: Πυλαία ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας
νοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. — τῶν ἐν Δελφοῖς sc. δικαίων. Thes-
i Amphictyoniam, cujus olim participes fuerant, intercedente
ilippo recuperare studebant; vid. Dem. d. fals. leg. 443, 17.
ete Reisk. comma posuit post Δελφοῖς et delevit post πλεονεκτημά-
ν, nam haec πλεονεκτήματα δύο erant ludi Pythii et Amphictyo-

γλίχεσθαι τάδε συγκατέπραξαν. τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεκα εὑρήσετε ἕκαστον πολλὰ προηγμένον, ὧν οὐδὲν ἠβούλετο, πρᾶξαι. τοῦτο μὲν τοίνυν, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι, φυλακτέον ἡμῖν.

VII. 1 „Τὰ κελευόμενα ἡμᾶς ἄρα δεῖ ποιεῖν ταῦτα φοβουμένους; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις;" πολλοῦ γε καὶ δέω· ἀλλ' ὡς οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν αὐτῶν οὔτ' ἔσται πόλεμος, νοῦν τε δόξομεν πᾶσιν

---

nia; non probo Weiskium de hyp. III, 7. qui προμαντείαν et τὸ τὰ Πύθια τιθέναι intelligit; nam illa erat Atheniensium. Wesselingii sententia (ad Diod. S. XVI, 60.) de binis suffragiis in Amphictyonia prava nititur interpunctione nostri loci. — ἕνεκα εὑρήσετε ἕκαστον, ita verba haec collocavi cum B. ex Aug. 1. Harl. app. Fcfr. ΣΥ; sed iidem codd. habent ἕνεχ', quod B. rec., Auger. vulgat. retinuit. — πολλὰ προηγμένον, de voce προάγειν vid. ad c. 4, 4. Ante πολλὰ vulgo additur εἰς τά. Quae verba quum a pluribus libris absint, ea R. uncis inclusit et B. delevit, recte. Nam πολλὰ ad πρᾶξαι referendum. Videtur illud additamentum ex Phil. II, 66, 1. (εἰς τοῦτο ἤδη προηγμένα τυγχάνει πάντα τὰ πράγματα) fluxisse. — φυλακτέον ἡμῖν, W. et A. dederunt ὑμῖν, quod in Aug. 1. et Υ, sed in cett. edd. ἡμῖν, quod verum; c. 4, 4. ὅπως μὴ προαξόμεθα.

VII. §. 1. Τὰ κελευόμενα ἡμᾶς ἄρα, Cod. Obs. habet ἆρα, quod rec. B. et videtur haec partic. hujus loci naturae magis convenire, *igitur*. Num prae metu cooptemus Philippum in numerum Amphictyonum? Vulg. ἄρα. — ἡμῶν αὐτῶν, supplemento Reiskii τῇ εἰρήνῃ ἐμμένοντες non opus est, neque particc. εἰ οὐκ, quas Ald. Tayl. et Harl. habent, ita ut οὔτ' omittatur; nam sensus: neque indigne faciemus republ., neque bellum erit i. e. etiam sine bello non indigne faciemus. — νοῦν τε, Bekk. e Σ dedit δὲ, quod sane exspectes, sed vulgata τὲ bene habet, nam verba νοῦν δόξομεν πᾶσιν ἔχειν Orator praecedentibus non opponi, sed iis aequabiliter adjungi vult. Vid. Plat. de legg. II, 655. E. οἷςδ' οὔτε χαίρειν δυνατὸν, οὔτε ἐπαινεῖν, αἰσχρά τε προσαγορεύειν. — λέγειν, W. addi vult ἐμέ, quod in textum rec. A.; sed λέγειν pertinet ad δόξομεν. Consentit Schaefer. ita interpretans: si quae erunt criminationes, eas Athenienses facile poterunt diluere. - οἶμαι δείξειν, reposui cum Beckio οἶμαι. R., et B. olim οἴομαι, nunc hic οἶμαι restituit. Pro δείξειν in marg. Bav. et F, in Σ, Ald. Tayl. app. Fcfr. et N. δεῖν ποιεῖν, id quod nunc Bekk. (olim enim δείξειν) dedit defendente Engelhardto. Reisk. pro δείξειν conjecerat δεῖξαι, quod Aug. Beck. et Jacobs. recc. Schaefer. dicit, δείξειν Oratorem non potuisse scribere. Quae sententia haud dubie vera est, si idem subjectum

ἔχειν καὶ τὰ δίκαια λέγειν, τοῦτ' οἶμαι δεῖξειν. Πρὸς 2
δὲ τοὺς θρασέως ὁτιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν καὶ
μὴ προορωμένους τὸν πόλεμον ἐκεῖνα βούλομαι λογί-
σασθαι. ἡμεῖς Θηβαίους ἐῶμεν ἔχειν Ὠρωπόν· καὶ εἴ
τις ἔροιτο ἡμᾶς, κελεύσας εἰπεῖν τἀληθῆ, διὰ τί;
„ἵνα μὴ πολεμῶμεν," φαίημεν ἄν. Καὶ Φιλίππῳ νυνὶ 3
κατὰ τὰς συνθήκας Ἀμφιπόλεως παρακεχωρήκαμεν,
καὶ Καρδιανοὺς ἐῶμεν ἔξω Χεῤῥονησιωτῶν τῶν ἄλλων

---

quod in *οἶμαι*, etiam in *δείξειν* esse statuimus. At equidem vulgatam genuinam existimo; structura haec est: *οἶμαι, τοῦτο δείξειν ὡς οὔτε πράξομεν.* Nam *τοῦτο δείξει* significat: res ipsa ostensura est. Vid. ad Olynth. I, 7, 5. Sensus igitur: *puto, rem ipsam ostensuram esse s. ostensum iri*, nos neque etc.

§. 2. *Πρὸς δὲ τούς*, Wolf. aut post *πρὸς δὲ* comma poni vult, aut haec verba deleri. Sed strue haec cum *ἐκεῖνα βούλομαι λογίσασθαι*, *adversus eos, qui putant, haec volo perpendere* i. e. *iis perpendendum tradere* (vid. de usu aor. Herm. ad Vig. p. 746.), aut, ut Reiskii verbis utar in Ind. Gr., *iis ad animum revocare*. *Θρασέως* non ad *οἰομένους* cum A. G. Bekkero referendum, sed ad *ὑπομένειν* (audacter suscipere), pro quo in Par. 2. 5. Harl. Ald. Tayl. Aug. 1. 2. Obs. *Σ ὑπομεῖναι*, quae lectio mihi non spernenda videtur. — *φαίημεν*, Bekk. e *Σ* dedit *φαῖμεν*, quae forma cum illa saepe permutatur; nostram habet etiam Xen. Hier. 7, 7. *πῶς γὰρ ἂν φαίημεν;*

§. 3. *Ἀμφιπόλεως*, Haec fuit conditio pacis cum Philippo, ut ea, quae occupaverat, retineret. *παραχωρεῖν* cum genitivo struitur, ut de Cor. 247, 24. *ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἐθελοντὰς παραχωρῆσαι Φιλίππῳ.* Locum nostrum vid. in Bekk. Anecd. 161, 24. De *Cardianis* et *Caris* expositum in comm. hist. ad h. l. — *Χεῤῥονησιωτῶν*, ita Par. 5. 7. Bav. append. Francf. Ald. Tayl. *Σ*, vulg. *Χεῤῥονησιτῶν*; sed quum a *νῆσος* deducatur *νησιώτης*, illam formam cum B. praetuli; qui quum nuper *Χεῤῥονησιτῶν* edidisset, nuperrime formam nostram revocavit. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 700. et Schneider. ad Xen. H. Gr. III, 2, 8. Buttm. Gr. ampl. II, 330. *Χεῤῥονησίτης*, quae forma in Lib. Arg. or. de Chers. p. 88, 12. ubi etiam Bekk. retinuit. — *τὸν Κᾶρα*, i. e. regem Carum. Similiter Herodot. (I, 80. III, 7.) *τὸν Λυδὸν, τὸν Ἀράβιον*, et *Schweighaeuser*. I, 5. pro *τῶν Κόλχων βασιλῆα* reposuit *τὸν Κόλχον*. — *Κῷν* edid. cum R. ex Par. 5. 7. Aug. 1. Bav. Harl. F*Σ*; vulg. *Κῶ*. De Chers. p. 198, 20. Par. 2. 3. 5. *Κῶ* legunt; sed adjecta est lineola transversa, quae *ν* indicat; hinc non recte praecipit Buttmannus Gr. ampl. I, 157. formam *Κῶ* usitatiorem esse. Mecum

τετάχθαι, καὶ τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον καὶ Κῶν καὶ Ῥόδον, καὶ Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα, δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ προσ-
4 κρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων. Οὐκοῦν εὔηθες καὶ κομιδῇ σχέτλιον, πρὸς ἑκάστους καθ' ἕνα οὕτωσὶ προσενηνεγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι.

---

sentire video Popponem ad Thucyd. I, 1, 220. Vid. Duck. ad Thuc. VIII, 41. — *Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα*, Hesych. εἰς τὸν ναύσταθμον ἄγειν. Deduxerunt naves ad oram, aut ut inde merces sumerent (Noster in Polycl. p. 1207, 27. *Βυζαντίων καταγόντων* τὰ πλοῖα ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου coll. 1211, 27.), aut ut certa vectigalia nautae penderent, *das Stapelrecht ausüben* (Lept. 480. 15.). Hic sensus nostri loci. Vid. Pinzger ad Lycurg. in Leocr. p. 183. Nam quum Athenienses e Chersoneso Taurica frumenta importarent, saepe factum videtur, ut Byzantii, quorum urbs sita est ad Bosporum Thracium, naves deducerent. Byzantiis vero cum Atheniensibus fuisse simultates patet ex or. d. Chers. p. 93, 14. Quid sit πλοῖον, vid. ad Phil. I, 5, 1. — *καὶ φιλονεικεῖν:* τὸ, quod vulgo inter has voces interponitur, R. A. Beck. B. ex Aug. 1. 3. Ald. P. Manut. ΣΥΩ deleverunt.

§ 4. *Εὔηθες*, Cfr. ad Olynth. I, 3, 1. et Bekk. Anecd. 243, 12.; formula *ἑκάστους καθ' ἕνα* ad ejusd. or. 9, 2. explicata est. — *οὑτωσί* ita vulg. et ΥΩ, οὕτως Fuv, οὕτω Σ, idq. Bekk. recepit; ego cum F. A. Wolfio (Analect. II, 437.) vulgatam teneo. Unus codex habet οὑτωσίν, de quo vid. Buttm. Gr. ampl. I, 515. not. Sed οὕτως et οὑτωσὶν ab iis profectum puto, qui ἤδη post οὑτωσὶ in libris suis legerent. Quae vox quum ab Aug. 1. Par. 5. 8. Harl. ΣΥ et Dresd. absit, eam olim incluseram, nunc delevi; idem a Bekk. video factum, qui olim retinuerat. — *οἰκείων καὶ ἀναγκ.*, illud refer ad oppida, hoc ad victum. *ἅπαντας*, Bekk. e Σ πάντας dedit. — *τῆς ἐν Δ. σκιᾶς*, Harpocrat. p. 292. monet, Didymo auctore, hanc dicendi rationem desumtam esse a proverbio περὶ ὄνου σκιᾶς (Aristoph. Vesp. 191. ubi vid. Schol.), quod referatur ad eos, qui de rebus nihili contendant. Bekk. Anecd. 243, 30. Noster intelligit Amphictyoniam. Neque cum Weiskio d. hyp. III, 7. ad προμαντείαν referam. Vid. Tittmann. de Amphict. p. 153. Post πολεμῆσαι cum Reiskio et Bekkero plene interpunxi.

COMMENTARII HISTORICI.

COMMENTARIUS HISTORICUS

in Vitam Demosthenis a Libanio conscriptam.

Ad Cap. I.

Praeter Libanium descripsit vitam nostri Oratoris Plutarchus in Vit. Parall., seorsim editam ab Huttenio Tubing. 1795. In quo libro etsi lineamenta vitae Dem. bene adumbrata dicas, ut frustra quaeras, qui olim fusius de hac re egerit, tamen fontes, quos Plut. adiit, non ubique satis perlustrasse et vera a falsis distinxisse videtur *). Ab eodem auctore libellum in Vitt. X Oratt. profectum esse, vix crediderim; quanquam H. Wolfius juvenile Plutarchi opus esse existimat, tamen sive dicendi genus, sive fontes, quos scriptor laudat, spectes, Pseudo-Plutarcho cum Ruhnkenio hist. cr. or. T. VIII. p. 130. illud tribues. Ceterum auctor Hegesiam et Demetrium, Magnesia oriundos, potissimum sequutus esse videtur. *Lucianus* in encomio Thersagoram jubet in Demosthenis laudibus versari, cujus et ingenium et mores et eloquentiam plurimi facit; de hoc dicit c. 14: *ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὀνόμασι καταπυκνῶν τὸν λόγον, ταῖς δὲ διατέθεσιν ἐξακριβῶν τὰς πιθανότητας, λαμπρὸς μὲν τῷ μεγέθει, σφοδρὸς δὲ τῷ πνεύματι, σωφρονέστατος τὴν τῶν ὀνομάτων καὶ νοημάτων ἐγκράτειαν, ποικιλώτατος δ' ἐναλλαγαῖς σχημάτων· μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεοσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, οὐ σφυλήρατον παρεῖχε τὸν λόγον.* De *Zosimi* et *Ano-*

*) Vid. cap. 15. et A. G. Becker. ad vers. quam Dem., interpr. praefixit. p XXXV.

nymi vita Dem. (in Reisk. Or. T. IV, 145—159.) Reiskius l. l. p. 143. haec habet: „Zosimi quidem opusculum, ut orationis infantia et spurcitie, ita nugis quoque anilibus et commentis in veritatem rerum historicam abnormiter impingentibus putidisque fabellis scatet. Posterius, est illud quidem paullo tersius, sed in se ipsum quoque leve. Ambo illa opuscula nihil nos docent, quod non dudum nossemus, aut ea nobis persuasum eunt, quae nunquam comittemus, ut nobis persuadeantur.“ *Suidas* tria fragmenta de vita Demosthenis (s. Δημοσθένης) congessit, quorum illud, quod secundum tenet locum, ceteris facile praetuleris. E recentioribus scriptoribus Andr. *Schottus* vitam Oratoris ad annos digessit; legitur in initio ed. H. Wolfii. *Taylor* largam collegit materiam apud Reisk. Orr. gr. VIII, 738 sqq. Nostra aetate *A. G. Becker* (Demosthenes als Staatsmann u. Redner. Halle 1815.) subtiliter de vita Dem. exposuit. Elogia veterum auctorum de Demosthene H. Wolfius editioni suae praefixit, e quibus affero Cicer. Brut. 9.: „Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit (Demosthenes), nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.“ Cfr. d. Orat. I, 61. Val. Max. VIII, 7. Juvenal. X, 114. Judicium singulare περὶ Δημοσθένους δεινότητος exhibuit Dionys. Halicarn. in Opp. ed. Reisk. T. VI. p. 953 sqq.*) Cfr. *Jaenisch* ästhetisch-critische Parallele d. Dem. u. Cicero. Berl. 1801. p. 64: „Das Grosse einfach, das Kleine gefällig, das Dunkle klar, das Feine verständlich und fasslich zu sagen — in dieser Kunst ist kein alter

---

*) Vide: Dionys. über die Rednergewalt des Demosthenes. Uebers. u. erläutert von *A. G. Becker*. Nebst einer Abhandl. über Dionys. als aesthet.-crit. Schriftsteller. Wolfenb. u. Leipz. 1829.

Redner und kein neuer Schriftsteller so erfahrner Meister als Demosthenes." Adde *Reinhardum* (Geständnisse seine Bildung als Prediger betr.) p. 52 sq.

Ad Cap. II. §. 1.

Dicendum de anno natali Demosthenis, quem vulgo Ol. 99, 4. statuunt, obsequentes Dion. Hal. in ep. ad Amm. VI. p. 724. Sed hic videtur expeditiones Olynthiacas Ol. 107, 4. susceptas cum iis confudisse, quae ad Ol. 106, 4. pertinent, de quibus monui in Prolegg. ad orr. Olynth. p. 68. Has enim tangit Orator in Mid. p. 566, 26. 578, 3. Vid. Boeckh. de chronol. orat. Mid. p. 81 sq.*) Jam quum in eadem oratione p. 564. (§. 42. ed. Spald. et Buttm.) Dem. dicat: *δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα* (cfr. Plut. c. 12.) et quum haec oratio ad Ol. 106, 4. referenda sit, patet Demosthenem natum esse Ol. 98, 4. (385. a. Chr.) archonte Dexitheo. Eundem annum vindicat auctor vitt. X Rhet. Vid. Wolf. Proleg. Lept. p. LXII. Weiske de hyperb. P. III. p. 14 sq. et quos ibi laudat.

Ad Cap. III. §. 1.

Libanius, qui h. l. monet, Demosthenem, audito Callistrato, commotum fuisse ad artem dicendi, una cum Plutarcho sequutus est Dionysii rationem temporum. Quae si falsa est, ut modo vidimus, aliter de hac re statuendum erit. Demosthenes in album civium receptus est sub finem Ol. 103, 2. archonte Polyzelo. Vid. Onetor. I. p. 868, 1 et 4: *ἐγήματο (Ἄφοβος) ἐπὶ Πολυζήλου ἄρχοντος σκιροφοριῶνος μηνός· ἐγὼ δὲ εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμασθεὶς ἐνεκάλουν.* Dem. secum pugnare videtur ead. pag. v. 20. dicens: *μετὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα Κηφισόδωρος, Χίων. ἐπὶ τούτων*

*) A. G. Becker (Dem. als S. u. R.) assentitur p. 7. sed p. 21. et 59. in tab. chron. orationem Mid. ad Ol. 107, 4. male refert. Vid. Boeckh Staatsh. II, 109.

ἐνεκάλουν δοκιμασθείς. Sed omnis repugnantia tollitur, modo struas ἐπὶ τούτων cum ἐνεκάλουν, et non cum δοκιμασθείς. Jam vero causa Oropica dicta est Ol. 103, 3. Non adsentior Weiskio de hyp. III. p. 15. dicenti: „audivit, ni fallor, Ol. 103, 2. annum agens 18. paullo ante quam in civium album receptus esset.“ Imo errorem esse arbitror Plutarchi et Libanii, qui quum cognovissent, Demosthenem, permittente paedagogo, audiisse Callistratum et hunc Ol. 103, 3. causam Oropicam dixisse, utrumque conciliarunt. Accedit quod Libanius dicit: φασὶν, οἶμαι, τὴν (δίκην) περὶ Ὠρωποῦ**). Hinc illam rem ita expediendam existimo. Demosthenes adolescentulus audiit Callistratum (quem de Cor. 301, 18. inter celebres oratores refert) nescio quam causam dicentem; hac re motus ad dicendum se contulit. Non repugnem si quis contendat, etiam Ol. 103, 3. Callistratum esse a Demosthene auditum, certe sine paedagogo. Jam Orator inter viros receptus accusavit tutores et habuit deinceps orationes tutorias: lis diremta est Timocrate praetore Ol. 104, 1. — Ceterum vide dicta ad orat. d. Pac. 5, 2.

Ad Cap. V. §. 1.

Phocenses violatae religionis condemnati, quod sacrum agrum arassent, recusabant, Philomelo suadente, summam, quae iis Amphictyonum decreto imposita erat, solvere; ille foedere cum Atheniensibus et Spartanorum rege Archidamo inito, Delphos occupat et Thracidas interficit. Qua de causa Thebani cum Locrensibus, Thessalis aliisque Ol. 106, 2. bellum Pho-

*) Ex hoc loco fuerunt qui concluderent, Demosthenem archonte Cephisodoro inter viros receptum esse. Non probo, neque intelligo *Schoemannum* de Com. Athen. p. 76 et 77. Nam quum dixisset, Demosthenem XVIII annos natum inter cives receptum esse, tamen contendit, falli eos, qui id Polyzelo arch. factum esse putent.

**) Libanium narrationes interdum vel male percepisse vel confudisse patet ex notis ad Vit. Dem. IV, 3.

censibus intulerunt, quod decimo anno finem habebat. Vid. Diod. Sic. XVI, 23 sqq. Plut. Dem. 12. Demosth. de Cor. p. 230, 27. Olynth. II, 3, 3. ibique dicta. Welsk. de hyperb. I. p. 24—31.

Ad Cap. V. §. 2.

Ante initium belli Phocensis finitum erat *bellum sociale* *), inde exortum, quod cum ceteri Atheniensium duces, tum Chares (de quo vide ad Olynth. I, 10, 2.), bellum illaturus Pheraeis, socios, gravi jugo jam pressos, offenderat. Diod. Sic. XV, 93. Hinc Chii aliique exstiterunt vindictam rei sumturi. Diod. S. XVI, 22. et Dem. de Rhod. libert. p. 191, 12. *συνέστησαν ἐφ' ἡμᾶς τουτονὶ πόλεμον*. Bellum initum (dissuadente Isocrate de Pace p. 256. ed. Lang.) Ol. 105, 2. finitum ejusd. Ol. 4. et pax ipsa Ol. 106, 1. composita est, quum rumor ad Athenienses delatus esset, Persas defectoribus CCC navium subsidia promisisse. Interea Philippus hoc tempore usus est ad Amphipolin oppugnandam, de qua re mox dicetur.

Ad Cap. V. §. 3.

Summatim exponam de vita et rebus gestis Philippi usque ad illud tempus, quo Demosthenes primam Philippicam habuit.

Philippus, natus Ol. 99, 2.. mortuus Ol. 111, 1. admodum puer fortunae expertus est temeritatem. Justinus VII, 5. narrat, eum a fratre Alexandro ad Illyrios, tum ad Thebanos obsidis loco esse missum; Plut. Pelop. c. 26. ab eodem fratre fuisse traditum Pelopidae; Diod. S. XVI, 2. ab Amynta fuisse permissum Illyriis, qui eum Thebanis concessissent, quanquam idem Diod. XV, 67. dixerat, Philippum Pelopidae ab Alexandro deditum esse. Quae quum ita sint, has diversitates, e vario rumore exortas, ita conciliandas esse puto. Philippus a patre Illyriis traditus fuit, sed nescio quomodo

---

*) Vid. *A. G. Becker* Vers. Dem. I. p. 6. et *Voemel* lineamenta belli Amphip. p. 21.

ab his repetitus; nam Aesch. d. f. leg. p. 212. diserte tradit, eum in Macedonia fuisse quum pater decederet Ol. 102, 3. Jam quum Pelopidas Ol. 102, 4. auxilio Thessalis, quos Macedo impugnaverat, lato, in Macedoniam irruisset et obsidem impetrasset, Philippus in hujus fidem a fratre Alexandro commissus est. Thebas quum deferretur, annos habuit quatuordecim; hic per triennium moratus ex Epaminondae consuetudine et usu permagnam cepit utilitatem. Jam male Libanius cum Diod. S. XVI, 2. tradit, Philippum, nuntio de fratris morte accepto, clam Thebas reliquisse et in Macedoniam reversum esse; nam auctore Athenaeo XI, 506. F. Plato Euphraeum Oritem ad Perdiccam ablegavit, qui regem commoveret *ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε τοῖς πράγμασιν*. Quare hic sub fratris mortem in Macedonia fuit et non demum hoc mortuo e Boeotia fugit. Vid. Wessel. ad Diod. S. XV, 2. (ed. Bip. T. VII. p. 508 sq.) Vogel in not. ad vit. Phil. p. 263. Weisk. de hyperb. II, 12 et 26. — Sexto anno post Ol. 105, 1. Philippus quum ageret annum vicesimum tertium suscepit imperium. Ipso autem hoc anno duorum aemulorum subiit invidiam: alter fuit Pausanias qui a multis sociis et rege Thraciae sustentabatur, sed ab his derelictus parum valuit: alter Argaeus favore et auxiliis usus est Atheniensium. Quapropter hi Mantiam cum classe bene instructa et tribus millibus copiarum terrestrium in Macedoniam miserunt. Philippus vero periculum imminens ita defendit, ut Amphipolin sui juris esse concederet. Jam Mantias, classe ad Methonem appulsa, Argaeum Aegas, Macedoniae caput, praemisit; sed milites ejus, sat timidos, Macedo adgressus fudit, Athenienses autem beneficiis ornavit. Dem. in Aristocr. p. 660, 13. Aeschin. d. f. leg. p. 212 et 213. Diod. S. XVI, 3.

Ol. 105, 2. Bello Paeonico et Illyrico exorto, Philippus *Paeoniam* totam et *Illyriae* partem in suam re-

degit potestatem. Diod. S. XVI, 4. Demosth. tangit hanc rem Olynth. III, 5, 2.

Ol. 105, 3. Hoc anno, quo bellum sociale gerebatur, *Amphipolis* Chalcidica, ad Strymonem sita (vid. Mannert Geogr. VII, 237.) a Rege expugnatur*). Diod. S. XV, 8. narrat, Philippum hanc in rem tormentis bellicis esse usum, et Scholiast. ad Olynth. III, (vulg. I.) 2, 2. tradit, eum urbem ingressum proditores, quippe quibus confidere non posset, interfici jussisse, idemque accidisse Pydnaeis proditoribus. Ita, opinor, utraque narratio conciliari potest. Iam ipse hic locus quum et mercaturae et imperio opportunissimus esset, patet, cur et Philippi et Atheniensium permagni interfuerit, eo potiri. Diod. S. l. l. dicit: πολλὰ συνελάβετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. Aesch. d. f. leg. p. 219. εἰ δ' Ἀμφιπολίτας ἀφεῖλον τὴν Ἀθηναίων πόλιν, οὐ τὰ ἐκείνων ἔχεις, ἀλλὰ τὴν Ἀθηναίων χώραν. Dem. Phil. II. p. 70, 9. εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο (Φίλιππος), οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο. Quanquam Philippus professus erat, se Amphipolin traditurum Atheniensibus (Dem. Olynth. I, 3, 1.), tamen sibi hanc urbem vindicavit, quippe quae omnino Macedonum esset. Orat. de Halon. p. 83, 20. Phil. ep. p. 164. Exortum est bellum Amphipolitanum Ol. 105, 3. usque ad Ol. 108, 2.**).

Eodem anno Rex *Pydnam* et *Potidaeam* cepit, hanc quidem urbem Olynthiis se concessurum pollicitus. Vide de his urbibus comment. hist. ad Phil. I, 2, 2.

Ol. 105, 4. *Thessalos* liberavit a tyrannide Lycophronis et Tisiphoni. Diod. S. XVI, 14. Voemel l. l. p. 26.

Ol. 106, 1. vicit *Thracum* regem, *Paeonios* et

---

*) Amphipolitanorum legati, qui antequam hoc fieret, Atheniensium auxilium imploraverant, infecta re redibant. Vid. Dem. Olynth. III, 3, 1. coll. I, 3, 1.

**) Cfr. Vogel vit. Phil. p. 35. A. G. Becker vers. Dem. I. p. 9. J. Th. Voemel lineamenta belli Amphipolitani a Philippo cum Atheniensibus gesti. Francf. 1826.

τετάχθαι, καὶ τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον καὶ Κῶν καὶ Ῥόδον, καὶ Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα, δῆλον ὅτι τὴν ἀπὸ τῆς εἰρήνης ἡσυχίαν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ προσ-
4 κρούειν καὶ φιλονεικεῖν περὶ τούτων. Οὐκοῦν εὔηθες καὶ κομιδῇ σχέτλιον, πρὸς ἑκάστους καθ᾽ ἕνα οὑτωσὶ προσενηνεγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι.

---

sentire video Popponem ad Thucyd. I, 1, 220. Vid. Duck. ad Thuc. VIII, 41. — *Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα*, Hesych. *εἰς τὸν ναύσταθμον ἄγειν.* Deduxerunt naves ad oram, aut ut inde merces sumerent (Noster in Polycl. p. 1207, 27. *Βυζαντίων καταγόντων τὰ πλοῖα ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου* coll. 1211, 27.), aut ut certa vectigalia nautae penderent, *das Stapelrecht ausüben* (Lept. 480. 15.). Hic sensus nostri loci. Vid. Pinzger ad Lycurg. in Leocr p. 183. Nam quum Athenienses e Chersoneso Taurica frumenta importarent, saepe factum videtur, ut Byzantii, quorum urbs sita est ad Bosporum Thracium, naves deducerent. Byzantiis vero cum Atheniensibus fuisse simultates patet ex or. d. Chers. p. 95, 14. Quid sit *πλοῖον*, vid. ad Phil. I, 5, 1. — *καὶ φιλονεικεῖν:* τὸ, quod vulgo inter has voces interponitur, R. A. Beck. B. ex Aug. 1. 3. Ald. P. Manut. ΣΥΩ deleverunt.

§ 4. *Εὔηθες*, Cfr. ad Olynth. I, 3, 1. et Bekk. Anecd. 243, 12.; formula *ἑκάστους καθ᾽ ἕνα* ad ejusd. or. 9, 2. explicata est. — *οὑτωσί* ita vulg. et ΥΩ, οὕτως Fuν, οὕτω Σ, idq. Bekk. recepit; ego cum F. A. Wolfio (Analect. II, 437.) vulgatam teneo. Unus codex habet *οὑτωσίν*, de quo vid. Buttm. Gr. ampl. I, 515. not. Sed *οὕτως* et *οὑτωσὶν* ab iis profectum puto, qui ἤδη post οὑτωσὶ in libris suis legerent. Quae vox quum ab Aug. 1. Par. 5. 8. Harl. ΣΥ et Dresd. absit, eam olim incluseram, nunc delevi; idem a Bekk. video factum, qui olim retinuerat. — *οἰκείων καὶ ἀναγκ.*, illud refer ad oppida, hoc ad victum. *ἅπαντας*, Bekk. e Σ *πάντας* dedit. — *τῆς ἐν Δ. σκιᾶς*, Harpocrat. p. 292. monet, Didymo auctore, hanc dicendi rationem desumtam esse a proverbio *περὶ ὄνου σκιᾶς* (Aristoph. Vesp. 101. ubi vid. Schol.), quod referatur ad eos, qui de rebus nihili contendant. Bekk. Anecd. 243, 30. Noster intelligit Amphictyoniam. Neque cum Weiskio d. hyp. III, 7. ad *προμαντείαν* referam. Vid. Tittmann. de Amphict. p. 153. Post *πολεμῆσαι* cum Reiskio et Bekkero plene interpunxi.

consopiverat. Phil. I, 4, 2.; hos ut Demosthenes resuscitet iisque animum faciat, in medium procedit et primam habet Philippicam, de qua vid. Prolegg.

Sed occasione oblata utar, ut omnino de Philippi ingenio et moribus aliquid moneam. Accidit ei idem, quod multis viris fortibus et strenuis, ut et aequales et posteri non eodem modo de illo statuerent, quippe quem alii vehementer accusarent, alii laudarent. Jam accuratius de hoc rege cogitantibus videbitur homo ut ingenio acuto et callido, ita animo forti et bellicoso ornatus (φιλοπραγμοσύνην ejus laudat Dem. Phil. I, 13, 1.), qui temporibus bene in suam rem utebatur; neque ab omni justitia abhorruisse existimandus est, immo mitis saepe fuit et benignus. Vide librum praeclarum *P. J. S. Vogelii:* Biographie grösser Männer des Alterthums. Norbg. 1790. T. II. p. 62 sqq. Plutarch. Apophth. Lib. VI. Polyb. de virtut. et vitiis, in ejus Opp. T. III. p. 19 sqq. ed. Vindob. Cic. d. Off. I, 26. II, 14. Si Theopompum, scriptorem acerbum, legimus conviciis paene insectari Philippum, neque huic*) neque oratorum Graecorum invidiae est cedendum. Vide *B. G. Weiskium* in libro egregio: de hyperbole, errorum in historia Philippi commissorum genitrice Lips. 1818. (cfr. Ephem. litt. Lips. Nr. 86 anni 1821.) P. I. p. 49: „suum quemque (oratorem) ducebat ingenium ad hyperbolas. His favebat Demosthenis ea, quae in egregio virtutum oratoriarum ejus temperamento eminebat, orationis vis ac vehementia, in Philippicis maxime conspicua; tum et grandisonum Aeschinis dicendi genus, et acre Lycurgi, et salsum atque acerbum Demadis.“ Cfr. Wolf. Prol. Lept. p. LX. Adde *Valckenarium* de indole, virtutibus et rebus gestis Philippi. L. B. 1784. p. 239. et *Drumann's* Ideen zur Gesch. d. Verfalls der griech. Staaten. Berl.

*) Vide judicium Polybii de Theopompo l. l. et Pflugk de Theopompi vita et scriptis. Berol. 1827.

1815. p. 27.*) Denique subjiciam *Augerii* verba (Oeuvres complettes de Demosthène et d'Eschine traduites en Francais. Anger. 1804.) P. I, p. 224: „On voit dans la personne de Philippe un roi presque aussi maitre de ses alliés que de ses sujets et non moins redoutable dans les traités que dans les combats; un prince vigilant, actif, lui-même son surintendant, son ministre, son general. On le voit avide et insatiable de gloire, la chercher où elle se vend à plus haut prix, faire ses plus chères delices de la fatique et du peril, former sans relâche ce juste, ce prompt accord de soins et de mouvemens, que les expeditions militaires demandent. Il joignait en lui deux qualités, ordinairement inalliables et incompatibles: une flegme, un sang-froid avec une activité et une ardeur, qui ne connoissaient ni moment de repos, ni difference de saison. *Idem* p. 228: quels moyens emploie-t-il pour reussir? la finesse, la ruse, la fraude, le mensonge, la perfidie, le parjure: sont cela les armes de la vertu! on voit dans ce prince une ambition demesurée, conduite par un esprit adroit, mais on n'y voit point de qualités d'un home veritable grand.“ In his multa oratorie dicta esse facile patet. Cfr. *Goldsmith* Gesch. d. Griechen übers. v. *C. D. Beck*. Lips. 1806. T. II, p. 1—47. *Graff* Gesch. Griechenlands. Mainz 1828. p. 360 sqq.

COMMENTARIUS HISTORICUS

in Demosthenis Orationes V.

Ad Philipp. I, 1, §. 4.

Lacedaemonii inde a devictis Atheniensibus Ol. 93, 4. superbia efflati insulis maris Aegaei, Pelopon-

---

*) Vide meam commentationem de Canone Philipp. Demosth. Frib. 1820. p. 16. quam sub calcem secundae Philippicarum partis recudendam curabo.

neso, Corintho et Boeotia politi erant. Xen. Hell. V, 3, 27. Diod. S. XV, 28. Jam quum iidem Ol. 100, 2. Cadmea occupata multos e patria expulissent, hi ipsi Atheniensium implorant opem et anno sequente Lacedaemonios fugant. Diod. S. XV, 26. ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων διακούσας τῶν πρέσβεων ἐψηφίσατο παραχρῆμα δύναμιν ὡς πλείστην ἀποστεῖλαι τὴν ἐλευθερώσουσαν τὰς Θήβας, ἅμα μὲν τῆς εὐεργεσίας ἀποδιδοὺς τὰς χάριτας, ἅμα δὲ βουλόμενος τοὺς Βοιωτοὺς ἐξιδιώσασθαι καὶ συναγωνιστὰς ἰσχυροὺς ἔχειν κατὰ τῆς Λακεδαιμονίων ὑπεροχῆς. Chabrias copias Spartanorum maritimas fundit Ol. 100, 4. Diod. S. XV, 34., Timotheus naves eorundem ad Leucadem disjicit. Ib. XV, 36. Pace paullo post facta Graecis urbibus libertas vindicatur Vid. Jacobs. in not. ad vers. h. l. Eandem rem Dem. tangit Olynth. I, 9, 1. ubi vid. Schol. p. 32. E. ed. H. Wolf.

Ad Philipp. I, 2. §. 2.

Pydna, Macedoniae urbs apud Thermaicum sinum in Pieria regione, Strabonis tempore [VII, 8.] dicebatur Citro, distabat a Methone LX stadiis. Ol. 92, 3. Archelaus, Macedonum rex eam subegerat [Diod. S. XIII, 49.], deinde a Timotheo, Atheniensi, capta Ol. 101, 3. *Lucchesin.* Cfr. Mannert Geogr. VII. p. 507. — *Potidaea*, urbs Macedoniae, Thraciae contermina, ad Pallenes Isthmum sita, vetus Corinthiorum colonia Ol. 104, 1. a Timotheo vectigalis Atheniensium facta. Postea Cassandra [Strab. VII, 12.] nuncupata est. *Lucchesin.* Cfr. Poppo Thucyd. II. p. 372. Has urbes, ut supra monui, Ol. 105, 3. Philippus cepit, Potidaeam Olynthiis traditurus. Olynth. I, 3, 1. Diod. S. XVI, 8. et Wessel. ad h. l. — *Methone*, quae dicitur Thracia, XL stadiis distabat a Pydna. Mirum sane est, quod Diod. Sic. his narrat, eam a Philippo expugnatam esse: XVI, 31. leviter, c. 34 accuratius hanc rem adumbrans*); sed priore loco res ad Ol. 106, 3. altero

*) Diodorus diversos annales ante oculos habuisse putandus est.

ad Ol. 106, 4. refertur. Non adsentior Vogelio l. l. p. 272. illum annum praeferenti. Nam quum Diodor. XVI, 31. narret, Methonem una cum Pagasis expugnatam esse, et ex multis Demosthenis locis (Olynth. III, 5, 1.) pateat, Pagasas post Thessaliam in potestatem regis redactas idque Ol. 106, 4. factum esse, probabile est, rem illam ad Ol. 106, 4. pertinere. Polyaen. IV, 2, 15. dicit, hanc urbem vi captam esse, Diod. XVI, 34. eam, obsidione facta, a civibus traditam, et his cum vestitu egressis, a Philippo excisam esse, cfr. Dem. Phil. III. p. 117, 19. Utraque narratio facile conciliari potest. Hoc oppidum quum obsideret rex, dexter oculus ei ab Astere excussus est. Diod. l. l. Harpocr. s. h. v. Justin. VII, extr. Suid. s. *Κάρανος*. Dem. de Cor. p. 247, 11. Philippum dicit *τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον*. Quanto denique usui hae urbes illi fuerint, ex ipso situ intelligitur. Vid. huj. or. c. 3. §. 3.

Ad Philipp. I, 6. §. 1.

Scholiasta monet, ab Oratore illos mille mercenarios in memoriam suorum revocari, cum quibus, a Persarum rege dimissis, Chares Atheniensis ab Artabazo sollicitatus illum Ol. 106, 1. devicerit. Tangit hanc rem Diod. S. XVI, 22. ubi quod Wessel. scripsit *Ἀρταβάζου* pro vulg. *Φαρναβάζου* a nostro scholiasta confirmatur.

Ad Philipp. I, 7. §. 2.

Bellum *Corinthium* ab Ol. 96, 2. usque ad Ol. 98, 2. gestum eo spectavit, ut Lacedaemonii opprimerentur. Priusquam Agesilaus ex Persia redierat, ad manus ventum est ad Sicyonem: Lacedaemonii vicerunt, eorum vero socii cedunt. Xen. Hell. IV, 2, 13. Diod. S. XIV, 82. Harpocr. s. *ξέν. ἐν Κορ.* Schol. ad Aristoph. Plut. 173. Sed Ol. 96, 4. Iphicrates Lacedaemonios et Sicyonios fundit adeoque Corinthiorum regionem subigere in animum inducit, at (Diod. S. XIV, 92.) *τοῦ δήμου κωλύσαντος οὗτος μὲν ἀπέθετο*

τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι Χαβρίαν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸν εἰς τὴν Κόρινθον ἐξέπεμψαν. Vid. Taylor. ad Lysiae epitaph. p. 121. R. Nep. Iphicr. 2. Sequentibus annis Polytropus, Callias, Callistratus huic bello praeerant, quod pace ista Antalcidae demum profligatum est.

Ad Philipp. I, 7. §. 6.

Tourrellus hunc *Menelaum* Philippi fratrem ex altero conjugio natum esse censet. Lucchesin. haec: „Menelaus iste prorsus ignoraretur, nisi ejus hoc loco fieret mentio a Demosthene. Si quis conjectando locus aperiri queat, qui illum Phocensium aliquem, regionis armorumque peritum credat, puto non longe a vero discedere. Non dubito, sermonem hic fieri de exercitu illo, quo repulerant hoc anno Athenienses Philippum a Thermopylis.“ Cfr. Harpocrat. s. v. *Μενέλαος*.

Ad Philipp. I, 10. §. 3.

Monuimus in com. h. ad Lib. Vit. Dem. V. §. 3. sub Ol. 106, 1. hoc ipso anno Philippum eas injurias, quarum h. l. mentio fit, Atheniensibus intulisse videri. Lucches. sumit Ol. 105, 3. Vid. Weisk. de hyperb. I. p. 34. qui confert Demosth. Prooem. p. 1432. *ὅπερ, ἡνίκα ἐν Ἑλλησπόντῳ Φίλιππον ἠκούσαμεν, συνέβη καὶ πάλιν, ἡνίκ' εἰς Μαραθῶνα τριήρεις αἱ ληστρίδης προσέσχον.*

Ad Philipp. I, 11. §. 1.

De Methone et Potidaea vid. h. com. ad c. 2. §. 2. *Pagasae*, maritima Thessaliae urbs, navale Pheraeorum, quam Philippus eo tempore, quo Thessaliam liberavit, Ol. 106, 4. in potestatem suam redegisse videtur, nam hi dicuntur *ἀπαιτεῖν* illam urbem (Olynth. III, 7, 2.) sed invitis ipsis Pagasaeis (ibid. 3, 2.) Erravit Diod. S. XVI, 31., ubi Ol. 106, 3. illud accidisse narrat dicens *Παγασὰς* (nam ita legendum pro vulg. *Παγὰς* suadente Wesselingio) *δὲ χειρωσάμενος ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι.*

Ad Olynth. I, 4. §. 1.

„Nemo ex hoc loco reputet, Philippum Thessaliam in suam ditionem redegisse. Id enim nequaquam accidit. Sed partim suae potentiae metu, partim collatis beneficiis, partim Pherarum, Magnesiae Pagasarumque usurpatione injecto provinciae fraeno, eam gentem dicto suo audientem habuit suaeque addictam voluntati. Huc igitur servitutis vox referri debet, qua nunc Demosthenes utitur.“ *Lucchesin.* Idem fere statuit Weisk. de hyperb. I. p. 73 et II. p. 9. Cfr. Olynth. III, 7, 3. et Justin. VII, 6.

Ad Olynth. I, 6. §. 1.

Timotheus, quem Nep. (Tim. 1.) Olynthios subegisse tradit, auctore Diod. S. XV, 47. Ol. 101, 3. in Thraciam profectus multas ibi civitates in fidem suorum civium acceperat. Hoc tempore Macedoniae praefuit Amyntas, qui (Aesch. d. f. leg. p. 213, 1.) familiaritate utebatur Atheniensium; his ille videtur Perdiccam filium, quem scholiasta commemorat, ad opem ferendam misisse. Jam idem Timotheus, ut supra dictum, Ol. 104, 1. subegit Potidaeam, Diod. S. XV, 81. Quum vero Olynthiorum plurimum interesset, hanc urben tenere, eodem anno Macedonum auxilium putandi sunt ad hanc rem implorasse, id, quod Dem. h. l. tangit. — De rebus Thessalorum vide modo dicta et com. h. ad Lib. Vit. Dem. V. §. 3. sub Ol. 106, 4.

Ad Olynth. I, 9. §. 3.

Ad hujus §. verba *μελλόντων αὐτῶν* *Lucchesin.* haec animadvertit: „Notat tempus non illud solum, quo apertum cum Philippo bellum habebant Athenienses, sed omne, quo damna atq. injurias ab illo acceperant. Quocirca ne punctum quidem a veritate discedit, inquiens, rempubl. otiose primum exspectasse, quid aliis contra regem succederet, quive rei exitus foret. His autem verbis veluti digito monstrat acerrimas periculosasque contentiones, quibus illum ab ipso regnandi exordio Paeones, Illyrii, Thraces exercuerunt.“

Ad Olynth. I, 10. §. 2.

Bellum *Amphipolitanum*, quod magis per alios quam per Philippum cum Atheniensibus gestum est, primum Iphicrati ab his demandatum fuit, qui quamvis summis ornatus honoribus rem patriam deseruit. Dem. in Aristocr. 663, 10. Imperium Ol. 104, 1. illi ab rogatum tradebatur Timotheo; Charidemus, quem hic socium elegerat, ad Cotyn, Thraciae regem, cum navibus Atheniensibus transiit. Dem. l. l. v. 28. Ex Aeschin. d. f. leg. p. 248. patet, eodem bello male rem gessisse Charetem, qui (Diod. S. XV, 95.) adversus socios missus Ol. 106, 1. cum Artabazo se conjunxit et proprium suscepit bellum. Monet Aeschines, Athenienses *χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι.* Has duces nominat Deiaren, Deipyrum, Polyphontem (de quibus vid. Reiskium ad Aesch. l. l. p. 249.), qui *κατῆγον τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης.* Vid. quae in com. hist. ad Lib. Vit. Dem. V. §. 3. sub Ol. 105, 3. dicta sunt, Weisk. de hyp. I. p. 37. et Voemel l. l. p. 18.

Ad Olynth. II, 6. §. 4.

Diversum innuitur bellum, alterum *Corinthiorum*, quos Athenienses, Megarensibus ad fines ipsorum proferendos auxiliantes, adgrediebantur Ol. 80, 3. (Thucyd. I, 103. Diod. XI, 79.), alterum *Megarensium*, in quorum fines Athenienses Ol. 83, 1. et annis proximis invadebant, quod defecerant et foedus cum Corinthiis et Spartanis inierant. Minus probabilis est Ulpiani sententia, qui unum bellum intelligit, quod Megarenses et Corinthii conjuncti Atheniensibus inferebant. Nam, inquit Ulpian., Megarenses quum *τὴν ἱερὰν ὀργάδα* (locum Cereri et Proserpinae sacrum in confinio Megaridis et Atticae) tempore Pericles sibi vindicassent, hi una cum Corinthiis, quos in auxilium vocaverant, vehementem Atheniensium impetum (*ἁρπάσαντας*) experiebatur. Thuc. I, 139 ibiq. Duk. Plut. Pericl II. p. 168.

Ad Olynth. II, 8. §. 1.

De *rege Macedonum Atheniensibus olim subjecto* Lucches. ad h. l. haec: „Ab Amynta puto, Philippi patre, ac Perdicca ex hujus majoribus, Alexandri filio, tributum Atheniensibus persolutum; ab illo autem, ut sibi reipubl. patrocinium compararet, ab isto, ut violatae fidei factaeque saepe injuriae poenas lueret. Id eam ob rem mihi persuadeo, qnod Amyntas, postquam Lacedaemoniorum societatem gravem periculosamque expertus est, eisque in Olynthi occupatione ludibrio fuit, se totum Atheniensibus dederat ac veluti patronis utebatur. Hinc nihil mirum, si rex tot fractus calamitatibus, prius infensus Atheniensibus, modo propemodum cliens ad istorum conciliandam benevolentiam quidpiam daret pecuniae. Quod vero ad Perdiccam attinet, is enimvero inquieto animo variaque fortuna suadente saepius dissolvit ictum cum Atheniensibus foedus, saepius renovavit, donec ab iisdem tanta voluntatis varietate fessis e Macedonia depulsus est Ol. 91, 1." Noli cum Lucchesinio rem ad vividum resecare neque cum Vogelio acerbior esse, qui p. 259. haec: „Man thut wohl dem Demosthenes nicht Unrecht, wenn man ihm wenig Bekanntschaft mit der alten Macedonischen Geschichte zutraut und die Behandlung der Zinsbarkeit der alten macedonischen Könige für einen seiner Fechterstreiche ansieht."

Ad Olynth. III, 5. § 2.

Res, quam h. l. Orator tangit, haec est. Demosthenes in Aristocr. p. 623, 17. narrat, Cotye mortuo (Ol. 106, 4.) *Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς γενέσθαι βασιλέας.* Cersobleptes filius Cotyis erat, quem pater voluerat imperium cum illis duobus*) partiri. Aristocr. 619, 21. Cersobleptes hoc

*) Quaeritur, utrum hi fratres fuerint Cersobleptis. Demosthenes certe nullo loco Aristocrateae hoc affirmat, et si fuissent, p. 622 et sq. ita illos ab eo appellari exspectaveris. Vid. Rumpf de

decretum repudiasse videtur, nam Suidas (s. *Κερσοβλέπτης*) auctor est, Amadocum ad Philippum venisse, hujus opem imploratum in bello contra Cersoblepten. Qua quidem occasione, ni fallor, rex usus est, ut alterum (Cersoblepten) expelleret., alteros (Amadocum et Berisaden) faceret reges. Non enim probabile est, quod putat Lucchesin. ad h. l., Amadocum et Berisaden e regno ejectos, Teren et Cersoblepten a Philippo confirmatos*). Nam Dem. Aristocr. 624, init. dicit, Cersoblepten, Berisade mortuo, hujus filiis et Amadoco bellum intulisse, quod non fecisset, si in regno fuisset. Jam hic Charidemo Atheniensi summam rerum suarum permisit (Dem. Aristocr. 674, 24.) *διὰ τὴν παρουσίαν καὶ τὸ δύναμιν ἔχειν*. Mox Athenodorus, dux militum mercenariorum Atheniensium, Cersoblepten eiusque tutorem Charidemum coegit, ut Chersonesum Thraciae Atheniensibus traderet. Dem. Aristocrat. 677, 11. *γράφει ὁ Ἀθηνόδωρος συνθήκας, καθ᾽ ἃς ἀναγκάζει τὸν Κερσοβλέπτην ὀμόσαι πρός τε ὑμᾶς καὶ πρὸς τοὺς βασιλέας, εἶναι μὲν τὴν ἀρχὴν κοινὴν τῆς Θρᾴκης εἰς τρεῖς διῃρημένην, πάντας δ᾽ ὑμῖν ἀποδοῦναι τὴν χώραν.* Jam Philippus, aliis rebus distentus, quas Dem. h. l. tangit, Cersoblepten reliquisse videtur usque Ol. 108, 2., nam hoc anno eum imperio. quod adhuc concessum erat, spoliabat. Vide locum Aeschinis in Proleg. ad or. de Pace p. 171. not. allatum, comment. hist. ad ejusdem or. c. 7. §, 3. et Weisk. de hyperb. I. p. 36. Redeuntem Cersoblepten rex tertio expulit (Ol. 109, 2.) teste Diod.

Charid. Or. p. 20. Sed ex Justini (VIII, 3.) loco: „evenit ut eum fratres duo, reges Thraciae, non contemplatione justitiae ejus sed invicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum judicem eligerent," vulgaris exorta sententia, eos fuisse fratres. Vid. Vogel l. l. p. 269. A. G. Becker vers. Dem. T. II. p. 346. Voemel lineam. p. 30. At Justino diffidere licet.

*) Non probo Lucchesinium, quod Teren addit, qui deinceps in societatem Cersobleptis videtur venisse, nam in Aristocrat. non commemoratur.

S. XVI, 71. Non dubium est, quin ad Athenienses confugerit, nam in ep. ad Athen. (Ol. 110, 1. scripta) p. 161, 5. Atheniensibus Phil. exprobrat, quod veliut *ὑπὲρ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς* (sc. *Φίλιππον*), et paullo post v. 14. *κομίζεσθε καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν Θρᾴκην, ὅσης Τήρης καὶ Κερσοβλέπτης ἦρχεν*. Cfr. Rumpf de Char. Or. p. 7.

Ad eandem paragr.

Per *τὰς ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας στρατείας* non intelligendum puto bellum Illyricum et Paeonicum Ol. 105, 2. gestum, ut Tourrell. et Lucches., sed potius quod pertinet ad Ol. 106, 1. Nam quum (Diod. S. XVI, 22.) Thraces, Paeones et Illyrii contra Philippum conspirassent, hic eo, quo diximus, anno ad officium hostes redire coegit. Hoc enim tempus non longe abest a bello, Arymbae illato. *Arymbas* (alii, ut Justinus, Arybbas scribunt, quae varietas ex confusione litterarum orta est, vid. Gronov. ad Arrian. Ex. Al. I, 20 et 24.) filius Alcetae, regis Molossorum, fuit Philippo affinis; nam hic Olympiadem, filiam Neoptolemi, fratris Arymbae, in matrimonium duxerat. Diod. S. XVI, 72.*) Jam quum post Alcetae mortem filii inter se dissiderent et non prius concorditer regnarent, quam regno aequaliter diviso (Pausan. Att. c. 38. §. 3.), hoc ipsum Philippo intercedente factum videtur, idque Ol. 107, 1.**) Weiskius l. l. dicit Ol. 107, 4. At Diod. S. l. l. auctor est, Arymbam Ol. 109, 3. vita decessisse post *decimum* annum regni, illoque mortuo, Alexandro,

*) Justin. VII, 6. scribit: „Philippus Neoptolemi filiam uxorem ducit, conciliante nuptias *fratre patruele*, altore virginis, Arrubba." Weiskio de hyp. II. p. 38. not. *patruele* additum videtur ab eo, qui non videret, *fratrem* esse sororis maritum. Non consentio, immo *fratre patruele* dictum puto pro *fratre patris*. Bongarsius ad Just. XVIII, 3. conjecerat *patruo*.

**) Aristid. de dictione civili p. 237. locum Demosthenis ita citat: *τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας*. Nullam Arymbae facit mentionem.

Olympiadis fratri, hoc esse demandatum. Paullum dissentit Justin. VIII, 6. narrans, regnum Arymbae esse *ereptum* et Alexandro traditum; quae diversitas me non moratur, nam constat, Justinum sive ejus antesignanum ex Philippi fuisse osoribus.

Ad Or. de Pac. 2. §. 2.

Plutarchus, Eretriae tyrannus, contra Clitarchum, imperium affectantem, auxilium Atheniensium, interveniente Midia, imploraverat. Dem. in Mid. p. 579, 2. Adversabatur Demosthenes et quidem, si verum dixit Aesch. in Ctes. p. 480. R., a Callia Chalcidensi corruptus. Nihilo minus auxilia mittebantur duce Phocione (Plut. Phoc. c. 13.), qui rem bene gessit, id quod, si oratio in Midiam Ol. 106, 4. habita est, (de qua re in h. com. ad Lib. Vit. Dem. 2, 1. monuimus), eadem hoc anno evenisse probabile est.*). Jam quum Euboeenses suspicarentur, ne Athenienses de insula subigenda cogitarent, Plutarchus milites horum cum duce in vincula conjecit, nec prius restituit, quam quinquagenorum talentûm pretium accepisset, unde patet, cur Demosth. nostro loco πόλεμον ἄδοξον καὶ δαπανηρόν dicat. Vid. Schol. Cod. August. ap. Reisk. T. II. p. 126. Ulpian. ad Dem. Mid. p. 550, 26. Plut. Phoc. l. l. Cfr. A. G. Becker vers. Dem. I. p. 240. sqq.

Ad Or. de Pac. 7. §. 3.

Cardia, urbs Chersonesi, quam Cersobleptes, Chersoneso Atheniensibus tradita (vid. ad Phil. 1, 5, 2. et com. hist. ad Olynth. III, 5, 2.) retinuerat; hinc Dem. in Aristocr. 677, 3. Cardianos dicit ἐχθροὺς Atheniensium. Iam quum, Cersoblepte per Philippum victo, Athenienses hanc urbem sibi vindicare vellent, ea in fidem se recepit Philippi, nam hic in epist. p. 161,

*) Lucchesinius statuit intra Ol. 105, 3. et 107, 4. hanc expeditionem esse missam, tam latos ponens fines, quod Midianam Ol. 107, 4. habitam esse putabat, qui error e falso anno natali Demosthenis enatus est.

20. scribit: *Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν, γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος.* E nostro loco patet, Athenienses per pacem concessisse, ut Cardia a Chersoneso divelleretur. Quanti haec urbis fuerit facienda, cognoscitur ex Dem. Aristocr. 681, 17. *ὥσπερ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Ἐυβοίας πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω Χεῤῥονήσου κεῖται πρὸ τῆς Θρᴀ́κης ἡ Καρδιανῶν πόλις,*

Ad eandem paragr.

Cariae rex *Mausolus*, quem Theopompus apud Suidam auri cupidissimum vocat, Ol. 105, 3. Chiis ceterisque, qui bellum sociale contra Athenienses gerebant, auxilium tulerat. Diod. S. XVI, 7. dicit, venisse *συμμάχους τοῖς Χίοις παρὰ Βυζαντίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ τοῦ Μαυσώλου τοῦ Καρῶν δυνάστου.* Hic rex insulas Chium, Con et Rhodum in potestatem suam redigere volebat, Dem. d. Rhod. libert. p. 191, 20. *Μαύσωλος τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν* (Rhodiorum) *ἀφῃρημένος.* Eo mortuo Ol. 106, 4. (Diod. S. XVI, 36.) Artemisia soror et conjux ad biennium successit. Hanc excepit frater *Idrieus*, qui ab Atheniensibus eandem impetrabat potestatem: hunc intellige per *τὸν Κᾶρα.*

Varietas Lectionis e Codd. Pariss. α et β, Monacenss. γ. δ. ε. ζ, Gothan. et Dresd. enotata*).

Philipp. I.

Pag. 19. vers. 1. Προὐτίθετο, Dresd. προὔκειτο.

P. 20, 1. prius ἂν d. Dresd. 2. περὶ ὧν, α. β. ὑπὲρ. 4. ἂν d. Dresd. 6. συνεβούλευαν, α. συνεβούλευσαν, Dresd. συνεβούλευαν. 7. post βουλεύεσθαι in β. περὶ αὐτῶν.

P. 21, 6. ἐπεί τοί γε, α. ἐπεὶ εἴτοι. 8. αὐτὰ d. Dresd. 9. ἀκούουσι, α. β. ἀκούουσιν.

P. 22, 3. 4. ἀνάξιον ὑμεῖς ἐπράξατε τῆς πόλεως, Goth. ἀνάξιον τῆς πόλεως. Dresd. τῆς πόλεως ἐπράξατε. 5. [Ἑλληνικῶν] d. α. 8. ἂν, β. et Dresd. ἐάν.

P. 23, 2. τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, Dresd. τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι 6. νῦν d. α. 7. πάντα, β. πάντ'.

P. 24, 2. ἐβούλετ' ἔχειν οἰκείως, β. ἐβούλετο, Goth. et Dresd. οἰκείως ἔχειν. 4. πολεμεῖν ἐστιν, Goth. ἐστὶν πολεμεῖν. 5. ἑαυτοῦ, β. et Goth. αὐτῶν. 6. ἔρημον ὄντα, Dresd. ἔρημος ὢν τοτε.

P. 25, 1. ἐκτήσατο, Goth. et Dresd. ἐκτήσατ' ἄν. 2. εἶδεν, β. οἶδεν. 3. τὰ d. β. 5. ἀπόντων, β. ἀπόντων πράγματα.

P. 26, 1. φίλα, Goth. φίλια 9. ἕτοιμος, β et Goth. ἑτοίμως.

P. 27, 2. ἁπλῶς εἰπεῖν, α. d. εἰπεῖν. Dresd. d. ἁπλῶς. 5. ὑμέτερ', α. β. ὑμέτερα.

P. 28, 4. αὐτῷ d. α. ἅπανθ', Dresd. πάνθ'. 6. ἐνεῖναι, β et Dresd εἶναι.

P. 29, 3. οἷός τ' ἐστιν, α. οἷός ἐστιν. 4. τούτων, Goth. et Dresd. τούτοις.

P. 30, 1. καὶ κύκλῳ, β. Dresd. Goth. κύκλῳ καὶ. 5. τις d. α. 6. οἴομαι β. Goth. Dresd. ἡγοῦμαι.

P. 31, 3. γένοιτο γὰρ ἄν, β. et Dresd. τί δ' ἂν γένοιτο.

P. 32, 3. ἄνπερ, β et Dresd. ἐάνπερ. 5. ἐπηύξηται, α. ἐπηύξηκεν. 6. post ἀμέλειαν, α. καὶ ῥαθυμίαν.

---

*) De his Codicibus exposui in Praefatione: unum hoc addam, per α et β significari Parisinos, per γ. δ. ε. ζ. Monacenses codices.

P. 33, 3. ἂν d. β et Dresd. ib. ὅπως βούλεσθε, β. et Dresd. ὅπως ἂν βούλησθε. 4. διοικήσαισθε, α. διοικήσεσθε. β. διοικῆτε. 5. ὑμῖν d. α. 6. δύναισθ' ἄν, β. δυνήσεσθ' ἄν.

P. 34, 4. ἡγοῦμαι, α. οἴομαι. 6. δοκεῖ, α. δοκῇ.

P. 35, 1. καὶ d. α. 3. ἀναβάλλεσθαι, α. ἀναβάλλειν. 5. ἤδη d. Dresd. 7. τίς πορισθεῖσα, Dresd. τίς ἡ πορισθ.

P. 36, 1. τοίνυν d. Dresd. 4. ἐμβᾶσι, β. ἐμβᾶσιν 5. τούτοις, Dresd. τούτῳ.

P. 37, 1. ἀπὸ, β. ἐπὶ 2. στρατείας, β. et Dresd. στρατίας. 7. ὁρμήσαιτε, α. ὁρμήσετε. β. ὁρμήσητε.

P. 38, 1. εὐτρεπεῖς, β. εὐπρεπεῖς. 6. καιρόν, Dresd. καιρός. 8. οἶμαι, α. β. οἴομαι. ib. πρὸς δὲ ταύτοις, α. πρὸ δὲ τούτων.

P. 39, 5. ἐθελήσετε, α. ἐθελήσει.

P. 40, 1. ταῦθ' d. α. 2. ἅπαντ', β. ἅπαντα 3. μέγιστ', β. μέγιστα.

P. 41, 5. οἴομαι, Dresd. οἶμαι. 6. εἶναι d. Dresd. 10. τοῦ d. β., Dresd. τῷ πολέμῳ χρήσασθαι.

P. 42, 1. ποτ', β. ποτε. 4. συστρατεύεσθαι, Dresd. στρατεύεσθαι. 11. πανταχοῖ, α. πανταχοῦ. 12. ἐστιν, α. β. ἐστ'.

P. 43, 6. γε d. β.

P. 44, 2. ὃν ἂν ἐκπέμψητε, β. πέμψητε. Dresd. ὃν ἂν αὐτοὶ πέμψ.

P. 45, 3. τῶν ante τῆς d., β. 5. ταῦτα d. Dresd. 9. περανῶ, α. περαίνω 10. τοῖς στρατευομένοις d. α. 18. post ἀφορμὴν α. εἶναι.

P. 46, 6. ἐὰν, β. et Dresd. ἂν. 8. κελεύω γενέσθαι, Dresd. λέγω γενήσεται. 9. post μὲν, β. οὖν. ib. δεδυνήμεθα, Dresd. δυνάμεθα. 10. ταῦτά, α. ταῦτ'.

P. 47, 1. χειροτονήσατε, α. χειροτονήσετε. 6. τὸν d. α. 8. λογίσαισθε, β. λογίσεσθε.

P. 48, 1. ἡνίκ', β. ἡνίκα. ib. δυναίμεθα, Dresd. δυνώμεθα 2. ἡμᾶς d. α et β.

P. 49, 5. ἃ ἐγὼ, β. ἅγω, in α. d. ἅ. 7. Post τἆλλα etiam in Dresd. deest πάντα. 11. γιγνόμενοι, α. γινόμενοι. β. γενόμενοι.

P. 50, 3. τούτοις, α. τούτῳ. 10. ἄγων, α. β. ἔχων.

P. 51, 1. ἐξέλεξε, α. ἐξέλεξεν. 3. ταῦτα ἠδύνασθε, Dresd. ταῦτ' ἠδυν. in α et β. δύνασθε. 4. προαθῆσθε, Dresd. προέλησθε. 7. γίγνεσθαι, Dresd. γίνεσθαι.

P. 52, 1. ἐπιμελούμενοι, idem α et β. ib. ἀναλίσκετε, α. ἀναλίσκεται. 3. [τοσαύτην] d. α et β. 7. ἐκ πολλοῦ d. Dresd. 9. τί λαβόντα, α. τίνα λαβ. 11. περὶ τοῦ πολέμου, d. περὶ Dresd.

P. 53, 3. ἔδοξε, α. ἔδοξεν. 4. πάλιν, α. πάλιν εἶτ'. 5. προαπόλωλεν ἐφ' ἅ, α. προαπόλωλεν τὸ ἐφ' ὅ. 8. εἰρωνείαν,

idem α., vulg. ῥαθυμίαν. ib. ὥς δὲ, idem α., vulg. ὥς δ' εἰς.

P. 54, 2. οἶαίτ', idem α. β., vulg. οἶαίτε. 5. ΕΠΙΣΤΟΛΗ, α. ἐπιστολῆς ἀνάγνωσις. 8. ὅσα, α. ἃ.)

P. 55, 4. [ὦ ἄνδ. Ἀθην.] d. α. et Dresd. 6. ὅσα, α. ἃ 8. οὐκ, β. μή. 12. ἀξιώσειεν, α. β. ἀξιώσειε 13. εὖ d. α. 15. συμβάντα, idem α.

P. 56, 7. πατάξῃ τις, α. πατάξῃς. 10. ἐὰν, α. β. ἄν. 11. [καὶ] d. α.

P. 57, 3. πρὸ τῶ πραγμ. idem. α. (nam vitiose περὶ legitur.)

P. 58, 6. Ante ἀπέγνωκατε etiam in Dresd. ἑαυτῶν deest.

P. 59, 2. post παθεῖν d. α. et Dresd. αὐτοὺς, quod vulgo legitur. 2. ante Φιλίππου artic. τοῦ d. α et β. 4. κωλύσει, α κωλύσῃ, Dresd. κωλύσοι. 5. παρὰ, β. ἀπὸ 6. ἐὰν, α et β. ἄν. 9. πλευσούμεθα, β. πλευσόμεθα.

P. 60, 2. καθώμεθα, β. καθήμεθα 4. οὐ d. β. 6. παρῇ d. α. 7. ἡμῖν d. α. ὑμῖν β.

P. 61, 1. ἂν d. α et β. 2, ἅπανθ', α. πάντα 5. ἥγηται etiam α et β. 7. ἐκεῖ d. α. 8. ἂν d. α.

P. 62, 1. post τύχητε vox ῥᾳδίως, quae vulg. legitur, etiam d. α. ib. ψηφίζησθε idem α et β. ib. καὶ d. β et Dresd. 5. ὥστε μὴ, β et Dresd. οὐ γὰρ 7. Post ὁρᾶν β. δεῖ.

P. 63, 8. οἱ δ' usque ad τειχίζειν d. Dresd. 10. ἕκαστος, α et Dresd. ἕκαστοι.

P. 64, 2. πεπραγμένων, Dresd. πραγμάτων. 4. γε d. Dresd. 7. εἰσιν d. Dresd. 8. ἐὰν, α. ἄν. 10. ὕβρικε, α. ὕβρικεν. ib. ἅπανθ', β. et Dresd. πάνθ'.

P. 65, 1. ταῦτα, α. ταῦτ' 5. ἐὰν, β et Dresd. ἂν 6. πράγμασι d. α. 8. εἱλόμην, β. ἀνειλόμην 9. ὑμῖν d. α. ib. νῦν τε, β. νῦν δ' 14. οὖσι, α. οὖσιν 16. πεπεῖσθαι d. Dresd. 17. ὑμῖν d. α.

Libanii Argumenta Oratt. Olynth.

P. 78, 8. Δυςμάχητον, idem Goth. ib. οὐχ, ὡς, Goth. οὕτως.

P. 79, 5. ante τόπον Goth. τὸν 8. καταβαλόντα, Goth. βαλόντα.

P. 80, 1. εἰς τοῦτο, Goth. εἰς τοὺς τόπους 3. στρατείας, Goth. στρατίας 4. μισθὸν, Goth. μισθοὺς 5. διενέμοντο, Goth. διένεμον 8. ἀπειλοῦντα, Goth. ἐπαπειλοῦντες 9. τε αὐτὰ etiam in Goth., vulg. ταῦτα ib. εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν d. Goth.

P. 81, 1. ταῦτα d. Goth. 2. ante ἐπιφέρει Goth. καὶ 6. τοῦ d. Goth.

Olynthiaca I. (vulg. II.)

P. 87, 4. πράγματι, α et β. πράγμασιν 4. ἑαυτῶν, β. αὐτων, ζ. αὑτῶν. ib. εἶναι d. α.

P. 88, 12. τε d. ε.

P. 89, 4. τινά d. α. Goth. τινὰ φιλοτιμίαν 6. αὐτοῦ δ. ἑαυτοῦ 7. ὑμεῖς, δ. ἡμεῖς

P. 90, 2. ἴδοι, β. ἴδῃ. 3. μὲν d. β. 6. τούτων d. α, sed in β et Dresd. ὑπὲρ τούτων 6 ἔνι, β. ἔνι λέγειν

P. 91, 2. φήσειε, α et β. φήσειεν 3. πανθ' ὅσα πώποτ', γ. δ ε. ζ. πάντα ὅσα πώποτε. 5. δυοῖν, Dresd. δυεῖν. ib. συμφέρειν ἡγοῦμαι, ita etiam ζ. collocavit. 6. τοῦ τ', γ. et Dresd. τοῦ τε 7. καὶ τοῦ, β. τοῦ τε. τοῦ d. α. 11. αὐτῷ, δ. idem, sed animadvertitur, antea aliam literulam pro ω fuisse, ε. αὐτοῦ. 13. εἶναι d. Dresd.

P. 92, 1. αὐτὸν d. β.

P. 93, 1. ἡμῖν, α. ὑμῖν. δ. ἡμῖν correct. ex ὑμῖν. 3. ante τὸ, quod vulg. legitur, τῷ d. γ. δ. ε. ζ. 4. κατασκευάσαι, β et Dresd. κατασκευάσειν. 5. ὑμετέραν, idem α et β., sed δ. ἡμετ. corr. ex ὑμετ. 7. ὑμᾶς, idem α. β. ε et ζ, sed δ. ἡμᾶς corr. ex ὑμᾶς, etiam Dresd. 9. πολεμήσειν ὑπὲρ αὐτῶν, ita etiam collocant γ. δ. ε. ζ., vulg. ὑπὲρ αὐτῶν ante πολεμήσειν 11. ὅντιν', γ. δ. ε. Dresd. ὅντινα.

P. 94, 7. πάρεστι etiam γ. δ. ζ. 8. ἢ, quod vulg. ante ὡς, d. α.

P. 95, 6. οἱ, quod vulg. ante ἄνθρωποι, d. Dresd. 7. καὶ πονηρίας d. Dresd. 9. ἀνεχαίτισε, α et β. ἀνεχαίτισεν.

P. 96, 7. ἰσχυρότατα, β et ζ. ἰσχυρότερα. ib. καὶ d. Dresd. 11. ὑμᾶς, α. ἡμᾶς.

P. 97, 4. ἀπαιτεῖν, Dresd. ἀπαιτεῖν αὐτὸν. 5. σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, Dresd. σκοπεῖσθαι μέντοι τοῦτο δεῖ. 6. ἱροῦσι, α. ἱροῦσιν. ib. ἡμῶν, α et β. ὑμῶν.

P. 98, 1. δεικνύειν, Dresd. δεικνύναι. 3. πράγματα, β. ζ. et Dresd. ἔργα. 4. ἑτοιμόταθ', β et Dresd. ἑτοιμότερον. 5. ἀπιστοῦσι πάντες, β et Dresd. ἀπιστοῦσιν ἅπαντες. 15. προςθήκης μέρει, γ et ζ. προςθήκῃ μέρϊς, idem in δ. sed superscripta vulgata. ib. σμικρὰ, α, β. et Dresd. μικρὰ.

P. 99, 1. ὑπῆρξε, α. ὑπῆρξεν. ib. ὑμῖν, α. ἡμῖν. 3. νοσοῦσι καὶ d. α. 5. οἰκίαν, α. οἰκείαν. 10. αὐτὴν d. β. 11. ἑαυτῷ, α. αὐτῷ, Dresd. ras. una cum v. in κατεσκεύακεν.

P. 100, 8. ἄνω [τε καὶ] κάτω, α. ἄνω κάτω, sed τε nov. man. in Goth.. 10. πορίσωσιν, α. ποιήσωσιν

P. 101, 3. πεζέταιροι, α. β. πεζέτεροι, γ. ε. ζ. πεζαίτεροι 11. τ' ἀνδρὸς d. α. 12. ἢ, Goth. καὶ.

P. 102, 2. παρεῶσθαι, id α et β., vulg. παρεωρᾶσθαι.

P. 104, 7. ἡμῶν d. Dresd. ib. ἕως, α. β. τέως.

P. 105, 3. νομίζει, Dresd. νομίζοι. 4. τὸ d. γ. δ. ε. 5. παρὰ πάντ', Dresd. παρ' ἅπαντα

P. 106, 5. τοῖς d. α. β. 6. τι, nov. man. in Goth. τοι.

P. 107, 1. μηδένα, α. β. μηδὲ. 3. δὴ etiam in γ.

P. 108, 1. καὶ et mox ἕκαστον d. α. 4. μηδὲ εἷς, Dresd. et Goth. μηδεὶς 6. ὁ χρόνος ἅπας, eodem modo γ. δ. ε. Dresd., vulg. ἅπας ὁ χρόνος, ἅπας d. α.

P. 109, 1. ἅπας ὁ χρόνος, eadem ratio in γ. ε et Dresd. vulg. ὁ χρόνος ἅπας. 5. τῶν αὐτῶν vulg. et in Dresd. ante ἐλπίζετε, sed α. γ. ε. post hanc vocem. 8. νυνὶ, α. β. δ. et Goth. νῦν.

P. 110, 6. ὑμῶν, idem γ. δ. ε. vulg. ἡμῶν.

P. 111, 2. ἰδίους, Dresd. ἰδίᾳ. 5. αὐτὴν d. Dresd.

P. 112, 4. ταύτας, idem α. β., vulg. τούτους 10. βοησόμενοι, idem α. β. Dresd. Goth., vulg. βοηθησόμενοι. ib. οἱ, quod vulg. ante τριακόσιοι legitur, neq. in Goth. neq. Dresd.

P. 113, 11. περιέσται, α. ἐξέσται, ras. Dresd.

P. 114, 1. ἀφ᾽ ὅσων, idem α., vulg. et Goth. ἀφ᾽ ὧν 5. εἴπῃ, β et Goth. εἴποι. ib. ποιῆτε, β et Goth. ποιήσητε 7. πολλῷ d. β.

Olynthiaca II. (vulg. III.)

P. 119, 2. Σώσωμεν, β. γ. σώσομεν, sed hic supra scr. ωμεν. 3. περὶ τοῦ — σκοπεῖν, α. περὶ τοῦ τίνα τιμωρήσεταί τις καὶ ὃν τρόπον ἐξέσται σκοπεῖν, sed Goth. et Dresd. τρόπον post τίνα collocant et καὶ ὃν omittunt. 10. χαλεπώτατον, β. et ζ. χαλεπότερον. ib. ἐκεῖνο etiam Dresd. et Monacc., vulg. ἐκεῖν᾽.

P. 120, 4. πᾶν, Goth. et Dresd. πόσον. 5. [πράγματα] d. α. 11. γιγνομένου, β. et ζ. γενομένου.

P. 121, 5. μόγις, Dresd. Goth. et ζ. μόλις

P. 122, 3. ἀφεῖτε, α. ἀφίετε. 8. post τις d. α et β. οὗτος, quod vulg. et Dresd. additur.

P. 123, 8. [τέως] d. α. ib. νυνὶ, β. ζ. Goth. Dresd. νῦν.

P. 124, 2. Vulg. ante τὸν legitur τῶν, quod d. β. γ. δ. ε. ζ. 9. Vulg. ante γὰρ est μὲν, quod d. γ. ε. δ.

P. 125. 9. διανέμουσι, β et Goth. διανέμουσι ὡς.

P. 126, 1. ἀθυμοτέρους, β. ῥαθυμοτέρους. 7. περιγίγνεσθαι, Goth. περιγενέσθαι.

P. 127, 2. τούτους τοὺς, idem α., τοὺς αὐτοὺς τούτους β., vulg., Goth. et Dresd. τοὺς deest. 6. ἂν d. Goth. et Dresd. 8. μηδέν᾽, γ. μηδένα.

P. 128. 1. γε d. Dresd.

P. 129, 12. πολεμηθεῖεν, Goth. πολεμήσειεν ἐκείνῳ.

P. 130, 3. ταῦτα d. α. β. Dresd. 5. εἶσι d. α. 8. ante τοῦ vulg. καὶ, sed d. Dresd. 9. τῶν, β et ε. τοῦ.

P. 131, 3. γὰρ d. α. et β. 4. ταὐτὸ, β et ζ. ταὐτὸν 5. ἐν ὀλίγῳ, Dresd. ἐνὶ λόγῳ. 8. ἡμῖν, γ. δ. ζ. ὑμῖν.

P. 132, 2. ῥᾷστον, β. ῥᾴον. 8. ἐλλείποντας, α. λείποντας.

P. 133, 1. ταῦτ', γ. δ. ζ. ταῦτα. 6. γὰρ d. α.

P. 134, 6. [ἡδονῆς καὶ] d. α. β. et Dresd. 11. ἡμῶν, Dresd. ὑμῶν.

P. 136, 4. κατέλιπον, Goth. κατέλειπον. 8. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα, invers. ord. Dresd. 11. ἐν d. α. 14. ποτ', Dresd. ποτ' ἄρ'.

P. 137, 6. νυνὶ, β. ζ. et Dresd. νῦν. 9. καὶ, α. οἷς.

P. 139, 1. ἠσκήκαμεν, β. Dresd. Goth. ἠσκήσαμεν. 3. ante Φίλιππος habent ὁ γ. Dresd. Goth. 8. τοιαῦτα, α et γ. ταῦτα. 9. πτωχῶν, Dresd. πτωχῶν ταχὺ, β. ταχὺ post ἔντιμοι ponit.

P. 140, 2. ηὔξηται, α. ηὔξηκε. 4. καὶ d. Dresd. 5. πολιτευομένων, β. πεπολιτευμένων. 7. post δήμου β. καὶ

P. 141, 2. χρήματα καὶ, idem Dresd., sed καὶ d. δ. ε. 5. βοΐδια, α. βοηδρόμια. ib. ἀνανδρότατον, α. ἀνδρειότατον. 6. ἐπάγουσιν, γ. ὑπάγουσιν, vulgata in marg. 7. αὐτοῖς, Goth. et β. αὐτούς.

P. 142, 1. τῶν, α. ἢ τῶν 4. ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι, Dresd. et Goth. ἔτι καὶ νῦν. 9. κτήσαισθε, α. et Dresd. κτήσησθε; β. κτήσοισθε. 12. οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα, γ. δ. ε. ζ. ἐκεῖνα οὔτε ἰσχύν.

P. 143, 2. οὔτ', α. γ. δ. ε. ζ. Dresd. οὔτε. 7. ὑπάρχοι, α. ἕτοιμος ὑπάρχοι. Goth. et β. ἕτοιμος ὑπάρχῃ

P. 144, 2. τὰ νῦν, γ. τὰ νῦν 6. λαμβανέτω, α. λαμβάνων. 11. ἔχοι, β et γ. ἔχει.

P. 145, 1. ποιούντων, idem β. 4. γίγνεται, β. γέγονε 6. ὑμῶν, ε. ζ. ἡμῶν. 8. ὑμῖν, γ. ἡμῖν. 9. post καλῶν β. Goth. Dresd. καὶ μεγάλων. 12. ἅπασι, β. ζ. Dresd. πᾶσι.

Olynthiaca III. (vulg. I.)

P. 148, 1. Ἂν d. α et Dresd. 3. ὧν, β. οὗ, Dresd. addit ὑμεῖς.

P. 150, 5. τοῦτο d. Dresd. 7. τύχῃ, Dresd. τύχοι.

P. 151, 1. ὑμῖν, Dresd. ἡμῖν. 5. τὸ d. α. 7. ποιήσαιτο, Goth. et Dresd. ποιήσηται.

P. 152, 4. αὐτῷ d. Dresd.

P. 153, 1. δεῖν, idem γ et δ. 6. νυνὶ, β. νῦν. 7. ὡς d. Dresd. 8. ταῦθ', Goth. et Dresd. τοῦτο. 9. ὑμῖν, Dresd. ἡμῖν. ib. ἡμῶν, α. ὑμῶν.

P. 154, 1. ταὐτὸν, γ. δ. ταὐτὸ 2. ὅπερ, Goth. ὃ πόλλακις ἤδη 6. [καὶ] d. α

P. 155, 3. πρώτῳ, β. πρῶτον. 5. νῦν, α. β. Goth. Dresd. νυνὶ 8. ποτε d. Dresd. 9. νυνὶ δή, α. νῦν ἤδη 11. προτέρων, id Dresd., sed α. πρότερον.

P. 156, 2. ὑπηργμένων, α. ὑπηρετεμένων 5. τὸν d. α.

P. 157, 1. [τῇ τύχῃ] d. α. 5. προϋπαρξάντων, α. προϋπαρξάντων 6. ἡμᾶς, id Dresd., sed α. ὑμᾶς

P. 158, 1. Φίλιππος, Goth. et Dresd. ὁ Φιλ. 5. ᾤχετ', γ. ζ. Dresd. ᾤχετο. 7. ἠσθένησε, α et β. ἠσθένησεν et paullo post ἐπεχείρησεν. 11. τὶς ἄν, id. δ. et η., vulg. ἄν τις

P. 159, 4. vulg. post ἢ legitur πρὸς ἅπαντας, sed haec verba absunt ab α. β. et omnibus Monacc. 9. εἰς, Dresd. ἐς 10. ὑμῶν, α. ἡμῶν

P. 160, 1. ὥςπερ, ζ. Goth. et Dresd. ὅνπερ. 4. οὕτω, α. οὕτως 6. ἠβουλόμεθα, β. ἐβουλόμεθα 9. ἂν d. β.

P. 161, 4. οἴομαι [γε], γ. δ. ε. η. οἶμαι 7. καὶ τοὺς, β. καὶ τῷ τοὺς

P. 162, 1. ῥαδίως d. Dresd. 5. δή, idem δ et η. 8. ὑμῖν, Dresd. ἡμῖν 13. δ' ἅπαντος, β. δὲ πάντος

P. 163, 10. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, Goth. et Dresd. λέγουσι δέ τινες καὶ ἄλλους πόρους 11. δοκεῖ, id. α. β. et Dresd. omisso praeced. ἄν, quod vulg. cum δοκῇ legitur 14. τοῦ ante Φιλίππου d. α et β.

P. 164, 2. εὐπρεπῶς, id. Goth., sed α. εὐτρεπῶς 3. ἔχει, idem η. 8. τὰ d. Dresd.

P. 165, 4. εἰ δ. τ. ἀποστερήσεται, idem β. Goth. et Dresd., α. ἀποστερηθήσεται. 14. τἀγαθά, γ et β. τὰ ἀγαθά.

P. 166, 8. ἡμᾶς, id. η, sed α et β ὑμᾶς

P. 167, 13. πράξει, α. Goth. et Dresd. πράξῃ

P. 168, 2. ὑμᾶς, β et Goth. ἡμᾶς 5. μηδενὸς, β. οὐδενὸς 6. οἶμαι, idem γ. δ. ε. ζ. 9. ζημιώσεσθαι, id. α., vulg. ζημιωθήσεσθαι

P. 169, 1. συνιδόντας, α. β. Goth. et Dresd. συνειδότας 10. καὶ d. β et Dresd. 11. δ' εἴη, γ et δ. δὲ εἴη. ib. εἵνεκα, ζ et Goth. ἕνεκα.

Oratio de Pace.

P. 178, 4. Τῷ d. α. 5. πάντας, Goth. ἅπαντας 8. βουλεύεσθαι, Dresd. συμβουλ.

P. 179, 5. ἂν d. α 7. οὐ μὴν, οὐ d. β., in quo ἀλλὰ μὲν

P. 180, 4. δι' ὧν, β. Dresd. et Goth. ἐξ ὧν 5. προειμένα, Dresd. πεπραγμένα 6. δὲ d. Dresd. 11. νῦν d. Dresd.

P. 181, 2. ἄδοξον, β. καὶ ἄδοξον 6. χρόνου d. β. 9.

ἔγνωτε, β et Dresd. ἐγνώκατε 10. τῶν ταῦτα, α. τῶν τότε 14. ὑμῖν, α. ὑμῶν

P. 183, 5. ᾤχετο, α. οἴχεται 7. τρίτον, α. τὸ τρίτον

P. 184, 4. ὑπαχθέντες, α. ἐπαχθέντες. ib. συμφερόντως, α. συμφόρως 7. εὖ d. α. 9. ἅπανθ', α et β. πάντα.

P. 185, 2. οὐδέ, α. οὔτε 5. οὔσης d. α. 6. ὅτι d. α. 13. ἂν d. β.

P. 186, 3. [τι] d. α. β et Dresd. 6. ὑμῶν, Dresd. ἡμῶν

P. 189, 10. ἅπαντες, Dresd. πάντες. ib. ἕνεκα, Dresd. ἕνεκα γ'

P. 191, 4. ἰδίων, Dresd. οἰκείων.

P. 196, 2. Κῶν, Dresd. Κῶ. 6. ἤδη, quod vulg. post οὑτωσὶ legitur, d. Dresd.

ADDENDA.

Philipp. I, c. 1. §. 1. In verbis τότ' ἂν καὶ αὐτὸς partic. καὶ mihi suspecta est.

— — c. 2. §. 3. νῦν ante ὑπαρχούσης dannari malim.

— — c. 3. §. 1. θέλῃ retineo, Bremi et Vömel ἐθέλῃ.

— — ib. §. 3. οἷός τ' ἐςιν. medium τε delendum est. Cfr. Engelhardt. et Bremi in Jahnii Ann. IX, 2., p. 176.

— — c. 4. §. 2. παρὰ τὴν αὐτοῦ ῥώμην. Fritzsche Qu. Luc. p. 124. contendit παρὰ simpliciter esse *propter*, at non est idem quod διά, sed rei momentum exprimit. Vid. Bremi ad or. I. in Aphob. p. 34. et C. A. E. Schmidt ad Din. p. 54.

— — ib. §. 3. καίτοι καὶ τοῦτο. Errat Voemelius p. 170. dicens, Engelhardtum et Fritzschium de hoc loco idem statuere, nam ille explicat: pono hoc quoque eventurum; hic: ut hoc etiam inculcem, id, quod mihi probatur.

— — ib. §. 5. ἀναβάλλεσθαι. Engelhardtus (cuius progr. mihi tradebatur, quum notae iam operis tractabantur) p. 36. praefert ἀναβάλλεσθαι. Nam ἀναβάλλειν est efficere, ut alii differant, ἀναβάλλεσθαι, differre. Praefero nunc ἀναβάλλειν, idem Bremi et Voemel.

— — c. 6. §. 1. ἀλλ' ἢ bene Bremi: *sed unice*, *nonnisi*.

— — ib. §. 2. Dindorfius recepit ἐθελήσει pro ἐθελήσετε.

— — ib. §. 3. ποιήσητε τοῦθ'. In Bekk. Σ et meo α τοῦθ' non legitur: vox suspecta est.

— — ib. §. 5. οἴομαι. Ita et Bekk. nupertime, nuper οἶμαι, quod Brem. et Voemel. recc.

— — c. 8. §. 1. τοῖς στρατευομένοις. Engelhardt. p. 37 cum Bekk. (it. Br. et Vöm.) hanc vocem eiici vult: sed nondum abiicio, quum, ut δυνάμει ad τροφῇ, ita ad στρατευομένοις videatur σιτηρέσιον pertinere. Ceterum χρήματα non cum Engelhardto nominativum esse duxerim.

Philipp. I, c. 10. §. 3. Ad οὐχ ὥςπερ adde: *non faciet, quod iam fecit, ut in vestras invadat possessiones.*

— — c. 13. §. 1. εἴπερ μὴ πάντα πᾶσιν ἀπεγνώκατε. Vulg. ante ἀπεγνώκατε legitur ἑαυτῶν, quod defendebat Bremi in Obss. ad h. l., sed in editione et Jahn. Ann. l. l. p. 176. contra Engelhardtum damnat.

— — ibid. §. 2. περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι. Errat Voemel, monens Bekkerum in min. ed. pro περὶ scripsisse ἀπό; scripsit ὑπέρ: sed vide annotat.

— — c. 14. §. 2. ἄνδρα ἄν. Bekk. ἄν ex Σ Υ delevit; sequitur Bremi. Deest etiam α et β. Defendunt particulam Schaef. et Engelh. p. 40; retinet Voemel.

Olynth. I, c. 2. §. 2. Dixi, ὅπως μὴ cum futuro significare *eventum*, adde: *et rationem.*

— — ibid. §. 3. μέγας ηὐξήθη. Voemel vulgat. νῦν inter utramque vocem retinuit, defendente Engelhardto; Bremi in Jahn. Ann. l. l. p. 173. eam eiici vult.

— — c. 7. §. 2. De notione verborum ἀπωθεῖν et παρωθεῖν Bremium (Jahn. Ann. l. l. p. 174.) mecum sentire video.

— — ibid. §. 5. ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν. Bremi in edit. ἡμῶν ex Σ Υ delevit: sed cum Bekkero Voemelius recte retinuit; nam ἀῤῥώςημα, ῥῆγμα, στρέμμα commendant ἡμῶν. — Paullo post de usu τέως consentit Dindorf. Praef. p. XIII. Vid. Bremi ad h. l.

Olynth. II, c. 1. §. 1. De praepositionum εἰς et πρὸς permutatione idem fere statuit Bremius, qui dicit: „in ipsa substantivorum notione videtur causa esse diversitatis praepositionum". — §. 2. De ellipsi verbi ποιεῖν vid. etiam Stallbaum. ad Plat. Men. p. 36.

— — c. 3. §. 3. ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων. „Solemnis loquendi ratio, quando sermo est de re, quam disertius eloqui nolis. Fritzsch. Lucian. p. 159." *Voemel* ad h. l. p. 119.

— — c. 4. §. 1. Admodum laetor, Bremium et in edit. et in Jahn. Ann. l. l. p. 175. mecum defendere lectionem vulgatam καθίςατε, pro quâ Bekkerus coniecerat καθίσατε; sequitur Voemel.

— — c. 10. §. 4. In verborum μείζων — βλάβη τῶν πεποιηκότων explicatione Rostium in Brem. ed. mecum consentire video.

Olynth. III, c. 1. §. 3. ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν, idem Bremi, Voemel αὑτῶν.

— — c. 2. §. 2. ἄτ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίητε, Schaef.

in Ind. s. v. *τὲ* monet, esse ad *Πυδναίων*, quod sequitur, supplendum *καὶ ἅ*. Ita traiectione non opus est.
Olynth. III, c. 6. §. 4. *καὶ εἶναι στρατιωτικά*. In h. l. communis editorum error est. Bremi et Voemel dicunt, *ταῦτ'*, quod vulgo ante *εἶναι* legitur, a Bekkero, (qui ipse nullam diversitatem enotavit), auctoritate duorum codd. Par. quos Reisk. 5 et 7. dicit, esse eiectum. Minime. Reisk. intellexit verba praecedentia: *σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατωτικά*; Schaeferus App. I, p. 211. *suspicatur*, librorum illorum scripturam ad hunc versum referendam esse. Vid. annott. Voemelius accurate VV. DD. sententias de h. l. exposuit p. 52.

I.

INDEX VERBORUM.

P.

Σ.

T.

II.

INDEX GRAMMATICUS.

III.

INDEX RERUM.

E R R A T A.

Pag. 3 v. 31 (not.) 412 lege 312
— 21 v. 5 (not.) III l. 111
— 24 v. 17 (not.) Ol. II, 3, 1. l. III, 2, 1.
— 32 v. 6 (not.) 106, 4. l. 107, 1.
— 32 v. 7 (text.) *αἰεὶ* l. *ἀεὶ*
— 34 v. 7 (not.) *καὶ ἤδη* l. *καὶ δή*
— 48 v. 2 (text.) mitte uncos circa *ἡμᾶς*
— 57 v. 3 (text.) *περὶ* l. *πρὸ*
— 64 v. 9 (text.) *ἄνθρωπος* l. *ἄνθρωπος*
— 90. v. 4 (not.) *profert* l. *protulit.*
— 93 v. 7 (not.) 116, 4. l. 106, 4.
— 119 v. 7 (not.) impeditionem l. *impeditiorem*

